





VI
EONICI
DE PLIN
ERROR
58
K6
ERRARIA
1492










BIBLIOTECA
XV
NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

Pliniana defensio Pandulphi Colle-
nucij Pisaurensis iurisconsulti aduersus
Nicolai Leoniceni accusationem :



Lucas Ripa Regiensis ad Pli-
nianae defensionis librum: ut exeat.

Iam liber assuetos celeri pede linque penates
Plausibus & variis excipiende veni:
Non poterunt posthac errore satiscere vano
Qui de foecundo pectore prompta legent:
Vade per Hesperiae populos per gallica regna
Gaudeat adventu pannonis ora tuo:
Te duce mansurū teneat defensus honorem
Plinius: Et solitam pergat habere fidem.

.INDEX OPERIS.

FINIS INDICIS.

Errores magis insignes in imprimendo contracti.

Char. 2ª. pª. facie. 6ª. linea. putẽ
cha. 5ª. pria facie. 28ª. li. adijecit
char. 7ª. 2ª facie. 13ª. li. enũciauit
cha. 10ª. pria facie. 5ª. li. ꝯfitemur
Et penultima linea: nomine
cha. 11ª. pria facie. 30ª. lĩea: effigiãi
char. 12ª. 2ª facie 2ª linea: plane
Et penultima linea: putidae
Cha. 14ª. 2ª facie. 11ª. li. intelliget
char. 15ª. pria fac. 21ª. linea: caule
char. 16ª. pria. fa. 14ª. li. ãbubeia
ch. 21ª. fa. pª. liª. añpe. xxº. ponẽdũ ẽ
ch. 24ª. pria fa. 11ª. liª. xxº. poñdũ
Et sequẽti facie. 8ª. linea: Tum:
Char. 27ª. 2ª. facie li. 23ª. lasine
ch. 28ª. pª. fa. 4ª. li. scio ⁊ lasinez
cha. 32ª. pª. fa. in rubri. ꝯ saliũca
cha. 34ª. pª. fa. 9ª. li. barri quoq;
Et linea. 16ª. Emathiti: nõ. thati
Et linea. 19ª. in fine linee: scilicz
ch. 39ª. 2ª. fa. 8ª. li. abũdat: folia
⁊. 16ª. ⁊. 18ª. li. cẽtauria: ñ cẽtaurẽa
ch. 40ª. pª. f. 26. li. liº. 2º. poñdũ ẽ
cha. 47ª. 2ª. fa. 5ª. li. Et: nõ De

Caeteros facile prudens lector inter legendum castigabit.

Ad librum.

I/liber atq3 animis studiosae illabere turbae.
Cuius amat casto plinius ore legi:
Securus quaecunq3 tuo datur alea fato/
Sit satis officij quod pia causa tui:
Verum age: deposito fastu contemptor: & auram
Et plausum: & morsus despice vaniloquos.

.Pandulphus.

Pandulphus Collenucius Pisaurensis Iurisconsultus Clementissimo Principi Herculi Estensi Ferrariensium Duci Inclyto.

Esensionem. C. Plinij secundi sũmi viri ac pene diuini maiori certe animo q̃ viribus a nobis editã: Nulli ma/
d gis dicamus: q̃ tibi Dux inclyte: Tibi inquaz ⁊ dño: ⁊ Regi: Nulli enim magis vernaculorũ tuorum operae iure cedunt q̃ tibi: Ex regibus vero nullus est: Cuius iudicium magis optandum censeam: q̃ tuum: qui iusti adeo tenax cum sis: incredibili quoq; rerum vsu: ac bonarum artium stu dio polles: Atq; ideo illarũ artifices adeo veneraris: Ut veteres rerũ scriptores nõ secus ac semideos colas: Mille ⁊ quadringenti aut plus eo iam sunt anni ex quo naturalium miraculorũ doctissim⁹ (vt Augusti/ nus inquit) scriptor Plinius migrauit e vita: Nemo illũ ex eo lacessiuit vnq̃: Nemo vexauit: Cum ipse interea posteris nec sic quidẽ mortuus defuit: Uerum ingenti vitae emolumẽto maximã litteris lucez: maximũ latinae rei ornamẽtũ: incredibile musis decus: Sed ⁊ rex naturae vene ratõz attulit. Nũc eũ ĩportune adeo exagitat qdã: vir alioqn et acer. ⁊ doctus: Ut integra plinianis erroribus volumĩa implere se posse palã scripserit: quaedam vero quae ipse errata in naturalis historiae libris putet adduxit: Nec auctoris dignitatem veritus: nec defuncti hominis innocentiã: Nos quãdo violati sepulchri actio popularis est: ⁊ in ipso sacramẽti ingressu cũ in togatoꝝ ordinẽ recepti sum⁹ eoꝝ qui se tueri ne/ queãt: praesidiũ patrociniũq; spopondimus: pro Plinio ista scripsimus Haud ignari multos fore q in his uel facundiam desiderẽt: vel eruditio nem taxẽt: vel vtrũq; cõuellant: Nos ingenue culpã agnoscimus: Sed si ego indisertus suz nõ ideo Pliniũ damnari oportet: quẽ si tu grauissi mo illo iudicio tuo ac pene diuino in eam qua semper fuit existimationez repones: Causae potius q̃ patroni rationẽ habitã eẽ magnope letabor: Amplissimam nanq; lucubrationis huius mercedem adipisci mihi vide/ bor: Si tu ⁊ studiosi omnes intelligent: maluisse errare me: q̃ accusari Plinium per calumniam pati: Uale:

qn̄ obierit pli- nius

Pandulphus. Collenucius. Pisaurensis. Iurisconsultus
Pro Plinio
Aduersus Nicolai leoniceni accusationem.

q

Ui iustissimas defensiones iniquissimis calumnijs obijciunt Dux inclyte: id maxime curare solent vt vehemens ardensqꝫ eorũ videatur oratio. Naz ⁊ hoc quoqꝫ ad causam maxime pertinere arbitrati sunt qui de hijsce rebus ꝑcepta tradiderũt. Non remissuz aut languiduz ac velut exanguez in bona ꝑsertiz causa atqꝫ in refellendis criminibus patronũ esse: sed acrem inflãmatuz mordacemqꝫ. Et qui lesus doleat: efferatur iratus ⁊ lacessitus pugnet: ac velut impetu quodam non innocẽtia modo rei quẽ defendit: sed criminũ etiã relatione accusatoris retundat audaciam. Tales fuisse apud priscos. L. Crassum. ⁊. M. Ciceronẽ legimus: atqꝫ ex nostris Tertullianũ: Pamphiluz: ⁊ ipsum in primis Hieronymũ qui nullius obtrectatoris impunitã vnquã temeritatẽ reliquit. At nos qui. C. plinij secundi defensionẽ instituimus aduersus Nicolai leoniceni viri ⁊ docti ⁊ amici accusationẽ: Non vsqꝫ adeo tamen efferimur (Tam ⁊ si iustissima prorsus eruditoꝝ omniũ de Plinij calumnijs esse debeat indignatio) vt animi nostri habenas tenere ac moderari nequeamus. Cum praesertim mitissimi ac moderatissimi principis iudiciũ nostra sit subitura defensio. Tempabimus itaqꝫ: nec vltra ꝙ causa postulet gradiemur: Nec quãtuz liceat: sꝫ quãtuz optimi principis aures patiãtur aestimabimus. Morsus vero ⁊ aculeos ⁊ oratoria illa tela: ⁊ sanguinãtem illã (vt ita dixeriz) dicendi vim quã in se saepius Suopte vel ingenio vel iudicio calumniãtes ꝓuocant ⁊ dissertioribꝰ relinqmꝰ ⁊ accusatoris aetati ⁊ pricipis indulgẽtiae ⁊ nostrae modestiae ꝯdonabimus: Patieris ⁊ tu Leonicene (Nam ⁊ ad te nostra saepe vertet oratio) quãdo ita prior coepisti: Si qñdo locus inciderit: ⁊ defensiõis exiget necessitas: ⁊ tua quãdoqꝫ a nobis excuti. Neqꝫ enĩ hoc primũ nobis negociũ desumpsimus te scilicet accusandi. Sed multi occurrẽt loci in quibus si excusari plinius debeat accusare te oporteat: si nõ errasse pliniũ docenduz est: errasse te necessario fatenduz sit. Scio ego ista te aequissimo laturũ animo: qñ eruditoꝝ omniũ aures a te quoqꝫ nõ offendi putasti: Cũ pliniũ pliniũ inqꝫ tantũ hoiez nũquaz vexatũ nũquã satis lau

Sãguinã

datuz ⁊ cecũ fuisse ⁊ fabulosum dixisti: ⁊ impresso volumie notatos a te eius errores ⁊ integrũ erratis eius volumen implere te posse dictasti.

Quod si ⁊ hunc pliniũ a te impeti: ⁊ Auicennã Serapionẽ Conciliatorem: totqꝫ alios quos tu enumeras: ⁊ indoctos ⁊ ignaros ⁊ barbaros a te appellari ⁊ scribi mortales patiũtur (quo quidez errore quem maiorẽ puto non inuenio) Tu quoqꝫ (quod tua bona cũ venia ⁊ gratia factuz sit) hanc nostrã errorũ tuorũ inter defendenduz necessariã indicationẽ non inique pro tua prudentia ferendam duces: sed quod sapiẽtes solent: agnosces telis vulnera facta tuis: atqꝫ ijs ipsis cõmonefactꝰ intelliges: ignoscẽdum plinio. tanto in ope atqꝫ in paucis quibusdaz ac minutissimis rebus somnũ fuisse. Si tu qui illius accusationẽ suscepisti quiqꝫ omni menda (vt accusatorẽ decꝫ) carere debuisti. Paruo in libello ac paucis versibus in non paucos atqꝫ haud cõtemnẽdos errores incidisti. Sed ⁊ illud quoqꝫ patienter audies Leonicene. Si nos qui nec eloquentiae studiũ sectamur: nec medicinã ꝓfitemur. Sed illitteratissimas (vt ꝺ iuriscõsultis ferũt) litteras versamus: quaedã nobis vt arbitror comperta de simplicibus medicamẽtis adducemus. Nec (qꝺ vulgo steriliora quaedaz ingenia atqꝫ infecunda dicere solent) in alienã segetẽ demissam a nobis falcem obijcies. Nihil eni ad rem ꝑtinere Augustinus ait per quos veritas sese nobis insinuet. Naz si ad vtilitatez vitae omnia cõsilia ⁊ facta nostra dirigenda sunt Stẽtora ego esse oportere censeo philosophuz hominẽ qui de hisce rebus scribat nõ Harpocratẽ In quo qdez haud scio q̃tũ fame ⁊ existimatõi tue ꝯsulueris (vt amice tecũ agã ac libere) qui tota illa accusatõe tua nihil doceas: nihil apias: nihil indices quod studiosoꝝ ingenijs cõducere possit: imo vero quodã in loco plures errores aperire te velle denuncias: Nihil vero docere: qui ⁊ iucũda simul ⁊ idonea dicere vitae debuisti. Quod si abũde docuisse te atqꝫ ampliter satis arbitraris: quia plinianos scilicet errores detexisti. Ego quoqꝫ id veruz ẽsse ⁊ faterer ⁊ probarem. Si hoc quoqꝫ abste recte vt oportuit factũ esset. sed tu videris. Qui accusare volunt (Antoninus augustus inquit) probationes habere debent. Scis quid dialecticum quid philosophum deceat: cuius nihil minus est (vt inquit Cicero) q̃ aliquid sine ratione dicere. Si illa quae in plinio taxasti argumentis rationibus medicamentorum euidentia atqꝫ alijs quae ad cõuellendaz Plinij existimationem ⁊ accusationis tuae robur aptiora

videbant ꝓbasti. Nihil est quod desiderem: Sed vide: Nedum eius errores insectatus es. Tu in hoc maxime primus erraueris qui in alienis aperiendis erroribus non satis prestiteris: quo te non errasse mortales intelligant: Caeterum tibi hoc statue: Animũ hunc nobis in nostra hac defensione fuisse: opiniones tuas improbare velle: non te quem amamus & colimus: Pro Plinio vero ista suscepimus officij gratia quod a nobis ex scholasticis plurimi non flagitarunt modo: sed exegerunt. Nam quod ad medicinae artis scientiã atq eloquentiam pertinet quae in me nulla sunt: Et plerosq futuros esse non ambigo qui in nobis ista desiderent: & nos praecipue optamus. (Quid enim minus iuriscousulti esse videtur q̃ de herbis ac simplicib9 medicamẽtis scribere) aduersus & medicũ & disertum): Fateor me studiosissime quantũ facultas suppetit quaecũq offerantur lectitare: nulliusq vel discipline vel artis libros intactos illibatosq relinquere: Tanta ĩ litteris (quaecũq ille sint) nobis est oblectatio. Nam disciplinas omnes intra vnius philosophie ambitum contineri semper duxi: vnoq omnes vinculo & cõmuni cognatõne cõiungi: vnũq tandem esse ista omnia: vel certe ad vnum tandem dirigi cõuertiq magnis auctoribus & ipsa rerũ experientia didici. Atq haec quidem (deum testor immortalem: & mentis meae quã ab ipso accepim9 consciẽtiã). Non gloriae: non ostentatõis gratia: non quaestus cupiditate sum persequtus. Nec q me oĩa scire posse ꝓfitear: (quid enĩ minus est hominis:) aut de eorum iudicare sententijs qui scribendo posteris profuere. Sed quod nulla maior voluptas nobis offerri potest q̃ frequens librorum lectio: & plurimarũ rerũ cognitio. Atq abunde mihi satisfacio: si legendo interrogãdo vestigando (quippe qui semp didicisse pre me tuli: nec peccare pudens praue q̃ discere malo) quottidie aliquid excogitem videam discam atq vndecunq arripiam: quo non hebes neque rudis omnino existimari possim earum rerum quae homine libero & ab ipa infantia litteris dedito dignissimae esse videntur. Caeterũ exactissimã illam atq absolutã cuiusq artis noticiam (vt impossibilem penitus) sic illis relinquimus qui ita vnam profitentur: vt eam solam & discẽdam & habendam putent. Vel solam vnam sine aliarum adminiculo haberi posse arbitrantur: atq alium quendam extrinsecus fructum q̃ arcanam interioris scientiae dulcedinẽ consectantur: in quo quidem quantum pleriq aberrent ipsi viderint.

Nos interea ad institutum revertamur.

Verum priusquã de hijs quae in Plinio Leonicenus notanda cen suit singulatim edisseram: pauca de Plinio: deq3 hijs quae suae accusa tõi quasi fundamẽta Nicolaus ꝑtexuit animi mei sentẽtiam patefaciaz Quo ꝛ inhumane pulsatuz Pliniũ atq3 importune vexatũ intelligas. Et in hijs auctoribus quibus ad firmanda accusatõis suae capita niti maxime Leonicenus visus est parum roboris ad Plinij auctoritatem cõvellendam esse mortales agnoscant.

Doctissimũ hominẽ fuisse Pliniũ ꝛ graece ꝛ latinae linguae eruditissimũ: non veteres modo scriptores atq3 in primis Augustinus noster sed omnis studiosorũ schola cõsentit. Virũ vero illum fuisse ꝛ diligentissimũ ꝛ modestuz ꝛ gravem. Ille eius ex sorore nepos ꝛ candidissim' scriptor Tranquillius: Cum librorũ suorũ maestas ꝛ dicendi modus ipse amplissimũ ferre testimoniũ possunt.

Hic cum primo naturalis historiae libro exquisitos centuz auctores enumeret a quibus tam multa quae obscuris rerũ tenebris premebãtur nobis aperuit (quippe qui plenũ ingenui pudoris vt ipse inquit arbitraret fateri per quos ꝓfecerat). Et se hominẽ esse: ꝛ multa illuz ꝑterijsse: multa quoq3 suis adijci posse fateatur. Et plerisq3 in locis vel culpam eorũ quae scribit ad auctores referat. vel fidem scriptoruz appellet: aut aliqua nescire se fateatur aut non probare se dicat. Scriptorũ saepe nudas sententias sine approbatione referat. Quis eum quaeso nisi aut inhumanus aut impudens aut sacrilegus de seipso tam caste: tam modeste sentientẽ insectari audeat Onesicritum Deimachum Nearchum de indicis rebus: nunc varia: nunc fabulosa scribentes. Vel his duabus rationibus ab erroris infamia tuetur Strabo: qꝛ ꝛ in scribẽdo veniaz petunt: ꝛ ex hijs quae scribũt nihil impudenter affirmant: vt egregiam Strabonis videas in iudicandis scriptoribus aequitatem. Poterat vel cõmune hoc hominũ malum ꝛ errori mortalitas semper obnoxia: poterant tanti viri cum doctrina: tum auctoritas: tuz vtilitatis magnitudo ~~suusq3~~: suusq3 ille ingenuus pudor maledicẽtissimos etiã homines deterrere: ꝛ honestissimos ac vitae necessarios labores suos a supervacuis (ne ineptis dixerim) paucarum rerum calumnijs vindicare.

Mille ꝛ quadringenti aut plus eo iam sunt anni ex quo plura scriptorum pliniuz Vesevus abstulit: neq3 adhuc repertus est quisquã qui ca

lumnijs tantũ hominez adortus sit. Tu vnus inuẽtus es Nicolae qui tandem aduersus Pliniuz post tot annos surrexisti: Atqz in tanto litterarum campo sexaginta (vt opinor) natus annos prasij ꝛ prasi cissi ꝛ cisthi ignorationẽ Plinio obijecisti. Et libellum abste editum qui Plinij errorũ titulo inscriberetur. Et in quo integrum erratis Plinij volumen implere te posse iactares. non scriptum modo sed impressuz vulgasti: Amice (vt praediximus) tecum agaz: Philosophuz certe hominem decuit qualem te ipse praedicas: qui morales Aristotelis (siue illi Nicomachi Aristotelis filij sint) libros tot annos publice enarrasti: ipsum etiaz Aristotelez vel in hoc aemulari nec latinae eruditiõis principem damnare: Cum Aristoteles ipse gratiam se habere ijsce etiam qui de reruz natura male opinati sunt referat: In quo quidez haud scio an hunc summũ errorũ tuoꝝ omniũ mortales iudicaturi sint (etiaz si in reliquis minus errasses) aduersus scilicet Pliniũ cõtumelias effudisse: Sed his omissis libellum ipsum percurramus: ꝛ quae generatim a te in inicio posita sunt pẽsitemus. ac disiectis quae praetẽdisti causae tuae praesidijs an criminationes quoqꝫ concidant videamus.

Dioscoriden summũ auctorem tam graecis q̃ latinis ac barbaris in haerbarũ descriptõibus fuisse Nicolaus inquit. Siue ille summus siue imus fuerit: non est quod litem referam. Scio ego illum hominem fuisse: Et vel auctore Galeno quandoqꝫ (vt videbimus) errasse. Hũc tñ Galenus ipse sexto sĩmpliciũ medicamentorũ libro cũ multos laudet in haerbaria ꝛ simplicibus medicamentis mirifice extollit. Abunde quidem mea sententia magnus a magno viro laudatus. Sed conuenire in hoc (quod ipse vellet) haud crediderim cum Nicolao Politianum sequutum scilicet fuisse Pliniũ Dioscoriden hunc: Dioscoridisqꝫ sententias quasi verbum e verbo transtulisse. Credibile autem magis et Politiano et eruditis omnibus videbitur. Dioscoriden integras a Theophrasto priscisqꝫ scriptoribus sententias corrasisse. Quod quoniam Plinius quoqꝫ in plerisqꝫ stirpium descriptionibus fecerit et se fecisse ante testatus sit: Idcirco non a Theophrasto caeterisqꝫ accepisse Plinium: Sed a suo Dioscoride cui ipse addictus sit autumat: Quod si decimũ et deinceps reliquos Theophrasti de historia plantarum libros haberemus in quibus de haerbis ac fruticibus quae ad medicinam pertinent scripsisse se dicit: facile

quod dicimus deprehendi posset: quandoquidem in his quos habemus intueri in plerisque omnibus ferme licet. Vix enim in Theophrasto aliquid inuenies quod non in suis libris suum fecerit Plinius:

Non secutum autem Plinium Dioscoridis libros vel hinc perspicuum fieri potest: Quod multa Plinius cum stirpium: tum haerbarum tum gemmarum: tum metallorum: genera suis voluminibus inseruit: quae neque a Dioscoride tractata sunt. Multa item a Dioscoride dicta non attigit Plinius. Multa item ab vtroque ita scripta sunt: vt in vtroque alterutrius dicta desiderentur. Aliquando Plinius Dioscorides multitudine rerum superat: saepissime Dioscoriden Plinius antecellit.

Sed nec vidisse Plinium Dioscoridis scripta vel hoc argumento palam fiet: Quod multa a Dioscoride pro compertis enarrata sunt: quae Plinius nusquam se legisse fatetur: vt ex vtriusque libris si conferantur intelligi potest: Et nos quaedam suis locis collegimus: verique simile est Plinium si Dioscoridis volumina vidisset: Nihil quod annotatione dignum esset omissurum fuisse. Huius quoque rei non leue (si modo aequis auribus audiatur) argumentũ sit: quod Dioscoriden Plinius neque in eo centum scriptorum catalogo: neque in libris suis vsquam nisi semel (quod sciam) refert: atque haud scio si sciens referat: Sed nec Celsus eius viri mentionem vllam (quod legerim) fecisse videtur quippe cuius libri (vt opinor) nondum in Italiam ex Aegypto migrassent. Verique simile est Plinium virũ grauem et sanctum: si Dioscoridis libros vidisset: hunc quoque (vt ingenue caeteros) in suis auctoribus numeraturum fuisse.

Neque id mihi absurdum videtur si vtriusque tempora consideremus: potuisse Dioscoriden tunc in Aegypto vel Graecia scribere: Cum Plinius prima iuuenta suum de naturali historia librum colligere inciperet. Nam fuisse memoriae proditum est: Suida referente: Azarbaeum Dioscoriden Militarem virum: et cum Cleopatra fuisse: quo tempore cũ ea Triumuir obuersaretur Antonius annis ferme centum ante Plinij exitum qui Titi iunioris anno primo fuisse perhibetur. aetatis vero anno sexto et quinquagesimo.

Nũc si Plinij et Dioscoridis aetatẽ et locorum interualla consideremus: et quod non cõfestim vel eduntur: vel editi in lucem prodeunt libri:

Colligere casto iudicio facile(vt arbitror possumus: Potuisse quidem Dioscoridis nomen vel fama preferente vel aliorũ scriptis ad Pliniũ peruenire: Non potuisse vero Pliniũ Dioscoridis libros quos non viderit sequi.

Illud haud dubie argumentum facit non vidisse Dioscoridis libros Pliniũ quod tanto in opere semel tantũ(vt diximus) Dioscoridis mentionẽ facit: Cũ.ix°. scilꝫ ꝛ.xx°. volumine(nisi mẽdosus eo loco sit codex qꝺ facile admiserĩ)magos ait. Fel pdicũ ad oculoꝝ claritatẽ ex Dioscoridis ꝛ Hippocratis(vt putãt auctoritate adijcere. Ex Dioscoridis in qt Plinius(vt putant)auctoritate: Non citat Dioscoriden Plinius: Sꝫ Magos Dioscoridis auctoritatem referentes: Tum illud: vt putant: adijcit. Addubitans videlicet de magorũ fide eius viri auctoritatẽ inducentiũ quem ipse non vidisset. Nam si de felle perdicum quod oculorum claritati cõferat Dioscorides scribit: Non magos quos toto opere insectatur de perdicũ felle scribentes: nec Dioscoridis auctoritatem titubans adduxisset Plinius: Sed quae de perdicũ felle ab ipso Dioscoride didicisset: nihil haesitans pdidisset. Et si suppresso nomine (qꝺ temere insinuare Leonicenus videtur) Dioscoriden legit: ꝛ sequtus est Plinius quãdo illuꝫ nulla appellandi Dioscoridis necessitas cogerꝫ; Nec hoc quidem loco propositi sui vitiũ detexisset: Sed qua est integritate qua fide Plinius: Nec Dioscoriden queꝫ non viderat inter suos auctores numerat: Nec in nulla voluminũ suoꝝ parte citat: Nec sicubi eius viri mentionẽ factam repperit subticet: Ut qui ingenue toto obiter opere: ꝛ comperta confirmet: ꝛ dubia prodat: ꝛ aliena non neget: ꝛ ignorata fateatur. Mitius ergo potuit noster hic accusator sentire de Plinio ꝛ modestius scribere: cuꝫ furti hominẽ insimulat: qui se ideo auctorũ nomĩa a quibus acceperit suo primo volumĩe ptexuisse scribit: qꝺ mutuũ reddere qꝫ in furto deprehendi maluisset.

Graude vero aliquid ac quod refelli omnino nõ possit se dicere Leonicenus arbitratur: Cum tres graecos in haerbaria proceres Plinianae opponit auctoritati Dioscoriden scilicet Galenum Paulum: qua si ꝛ hoc dicere latini nequeamus. Plinium certe illis fideliorem multo atqꝫ ipsis tam ꝛ si magni sint longe anteponenduꝫ: quippe qui Galeno ꝛ Paulo antiquior: qui in rimandis priscorum libris diligentior: qui

plures multo adducit quam Dioscorides vel Galen' haerbarios medicos & graecos & latinos & barbaros: & qui eodem quo Plinius tempore inter homines agerent: & plantarum cognitionem Plinio (vt ipse saepe commemorat) traderent.

Nec quod tres illi sint ideo numero vincitur Plinius: Nam (& quod in diuinis dicitur) hij tres vnum sunt. Dioscoriden siquidem secuti se Galenus affirmat: atque ideo nec simplicium figuras quidem tradere. Paulus vero (vt ipse de se dicit) librorum Galeni breuiator est. Vna ergo trium vox est: Vnus ergo vni Plinio opponitur. Itaque: nihil est quod hunc trium graecorum strepitum quasi triumviratum illum reipublicae perniciosum timeamus: vnius interitu victoria constat.

Quod si Dioscoridi magis credendum ideo Leonicenus putat: quod idem ipse Dioscorides dicat experimento visuque se & consonanti historia non aliorum vanis opinionibus didicisse quae scripserit. Hic pol accusator in iudiciis versatus est nunquam: Didicisset profecto nulli soli & in causa praesertim propria legum scita fidem vnquam adhibere solere: Tum illud quoque legibus receptum didicisset: vel vno mendacio testimonium omne corrumpi: in quo certe lapsum Dioscoriden cum de Parthenio & Rubrica lemnia sermonem faciemus intelliges.

Quanto grauius quanto simplicius quanto innocentius noster hic Plinius (non quam isti gloriosus) Ex centum inquit auctoribus quos & citat haec scripsimus. Rursusque alio in loco. Tam prodenda inquit ista sunt quam prodita: Atque iterum. Nobis ait (exceptis admodum paucis) reliquas haerbas contemplari contigit scientia Antonij Castoris: Cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aeuo visendo hortulo eius in quo plurimas alebat. Quid hoc nostro Plinio candidius? Non satis illi fuit contemplari dixisse: Sed ope & scientia Antonij Castoris adijerit. Ne quid sibi arrogare videretur: Ac ne quis de omnib' haerbis audacius dictum crederet: paucis ait exceptis. More scilicet magnorum virorum (quod de Hippocrate scribit Celsus) quos sibi aliquid detrahere non pudet: cum tam multa supersint. Vide iam vtrius testimonium probes Plinij scilicet nusquam gloriosi & centum scriptorum auctoritate suffulti. An Dioscoridis qui se inter militares quoque curas medicum fuisse praedicat: Et tam multa uidisse vel concordi historia didicisse.

At Dioſcorides inquit ſummus ⁊ graecus eſt: An ideo ſummũ dicit
quia graecus eſt: Non ego is ſum qui leues qui falſiloquos qui vanos
qui mendaces qui fabuloſos graecos appelle᷑ quibus ꝗdem cognomi/
nibus noſtrae ⁊ illoꝝ plereqꝫ ſcatent litterae. Sed ꝗ ꝑpenſo iudicio le/
gẽdos eſſe eoꝝ libros: nec Romano vel iudicio vel grauitati graecam
ꝯfeſti᷑ auc̃te᷑ opponẽda᷑ ẽe cẽſea᷑: quo vitio nr̃oꝝ pleroſqꝫ ita affectos
video: vt ⁊ latia ꝯtemnãt: nec arrogãtiae modũ teneãt. qꝛ graeca q̃ꝫuis
pauca didicerĩt. Nã ꝗs neqꝫ graecos hũanã ſapia᷑ vł auctorẽ Paulo ſp
q̃ſiſſe: Quis diſciplinaꝝ ferme oĩm libros artes pĩcipia ad nos a grae
cis manaſſe: ac ꝓpterea honore illos ac veneratõe digniſſiõs ẽe: Quis
Dioſcoriden Galenumqꝫ non preſtantes fuiſſe viros ⁊ vitae etiã pluri
mu᷑ profuiſſe fatebitur: Piget de tantis viris id dicere quod ex eoru᷑
libris nemo prudens non intelligit. Sed in hoc me neceſſitatis addu/
xit Nicolai huius noſtri parũ apta accuſatio. Qui Pliniũ Romanu᷑
hominẽ Dioſcoridis teſtimonio velut oraculo quodam laceranduz cen
ſuit: Quare demonſtrare oportet. Non vſqꝫ adeo integrũ teſtem Dio/
ſcoriden Galenũve eſſe: vt Pliniu᷑ poſſit euertere: An integrũ teſtem
⁊ omni (quod iuriſconſulti ferunt) exceptione maiorem dicemus eum
qui in manifeſto furto deprehẽſus cum ſit ipſe: furti aliu᷑ inſimulat: an
eũ qui vanitatibus ⁊ ſuperſtitionibus ſcateat: Qui vidiſſe medicamẽta
ſe dicat experimentoqꝫ didiciſſe. Cum tamen ⁊ ab aliis illa quae ſcri/
bit ſubripuiſſe cõuincatur: vel falſa eſſe maioris viri auctoritate ⁊ rei
ipſius euidentia comprobẽtur: Pliniũ lege Magoru᷑ vanitates De/
mocriti inſanias ingentia medicorũ promiſſa (quo eſt iudicio) ſemꝑ ir
ridente᷑ contra Dioſcoriden ſi inſpicias ſuperſticioſa incredibilia va/
naqꝫ multa praedicantem comprobantẽqꝫ comperies. At grauiſſimus
auctor Theophraſtus illa (vt par erat) eliminãſ: Cõmẽta iſta ẽe hoĩm
inꝗt ſuas artes magnificare celebrareqꝫ cupientiũ. Gał. ỽo nr̃ Plutar
chi Cheronẽſis libꝝ ꝗ de phoꝝ placitis inſcribiť totũ ſibi adſcripſit: ⁊
addita tm̃ praefatõe quaſi ab ſe editũ publicauit. Is ẽ liber ꝗ nũc hiſto
riae vel de placitis phoꝝ Gał. titło circũferť. Quãmłta Dioſcorides
ſcribit quae ſectator eius Galenus improbat: quorũ nos quaedam ad/
duximus: quãmulta in Galeno parum graui homine digna reprehen/
des: Sed nec ad Plinij gratiam loquimur: Nec ad tantorum homi/
nũ aut graecae ſapientiae inuidiam ſcribimus: Sed quod multi magni

q3 viri iampridem tradidere: nosq3 etiam in his ipsis de quibus nunc agimus obseruauim' in mediū afferre oportet: quādo ita Leonicēi im portuna nimiū cogit accusatio: qui nr̄a adeo ꝯtempsit vt graeco aliquo auctore psonāte Plinij existimatōez vellicare ausus sit: qui tot graeco/ rū tot latinoꝝ tot externos auctores stāte graecia ꝛ florente Roma vi/ dere potuit: tot medicoꝝ atq3 herbarioꝝ greges audire qbus exundasse p ea tpa vrbē gētiū dn̄az certū ē: atz artiū rapacissimā: Inq3 Aegyptū Syriā: Graeciāq3 migrasse studiosissiās mediciae artis in portētū vsq3 natōes nemo est q nesciat. Hūt inq3 (ne idoneos ēe oēs testionijs putes hoc pleriq3 graecoꝝ scriptores ꝓpriū si diligētius ꝯsideres. Si Aristo telis terciū de poetica librū. Si Laertiū Diogenē. Si Cesariēsez Eu sebiū legeris in eo p̄sertiz libro q de euāgelica p̄paratione inscribit. Si Clemētis Alexādrini Stromatū sextū. Si Ciceronē ꝛ hūc nostꝝ Pli nium multosq3 alios inspexeris: vt non modo verba aut sententias: sed ꝛ integra priorum volumina sibi adscribāt. Et vtrius illa fuerint quae leguntur apud Hammonez inueniri posse ridens in quibusdam scribat Strabo. Suppressis vero auctoribus expilent furentq3: quod ipsi ling/ uae freti volubilitate ꝛ gloriae cupiditate correpti suis inserant libris: Uel si id salua rate non possint: Tum contradicendi studio aduersus eos qui scripsere ingeniorum suoruz aciem volucresq3 linguas exercēt: Ita fit vt pugnae semper contētionesq3 cooriātur ꝛ dogmatū varietas. Tanta quoq3 cū in physicis: tum in medicina: tum in historijs: tum in diuinis disciplinisq3 omnibus discrepantia vt nullos duos vnqnaz con cinentes inuenias nisi quos necessitas aut furtū pares ferit: Quin etiā hūc ipm Galenū a quo ois mediciae artis sapia post Hipocratē mana/ re videt. Cuiusq3 Leōicenus hic nr̄ vel in hoc solo aemulator est. Uix vspiā leges nō latrantē: nō mordentē: nō lancinātez: nūc priscos: nunc sui tpis medicos plurimūq3 sibi semp arrogantē. Haec iō a me dcā sūt vt intelligas grauioribus longe testionijs pulsandā fuisse Plinij roma ni hōis auctoritatem: non graeco vno vel altero teste: cuius ancipitez fidem aequus non recipiat iudex. Non eniz id agimus vt Diosco/ riden Galenum ve magnos certe (vt diximus) viros ꝛ vitae vtilissi/ mos ex hijs accusare dānare ve sit anim'. aut ꝯpensatōis recusare iudi ciū. Neq3 eni bono viro cōuenire arbitramur eorū doctrinā carpere q vt posteris prodessent laborauerunt. Neq3 nostri instituti est: qui ideo

aduersus calumniatorē scribimus vt quantū per nos fieri potest tantos auctores Pliniūq; ab iniuria vindicemus.

Sed vt sciamus eos quoq; hoies fuisse: qui vt Fabius inqt & labant aliquādo & oneri cedunt: & indulgent ingeniorū suorū voluptati: nō nunquā fatigant: nec semp intēdunt animū: vt Demosthenem non semper aures implere scribat Cicero. & dormitare quādoq; Homeruz quāuis bonū canat Horatius. Atq; ideo non cuiusuis hominis iudicio: testimoniove lacerandu; fuisse Pliniū: qui & ipse homo cū fuerit impeti vrgeri ve ab homine non debuit: sed experimenti vi rationisve maiestate conuinci.

Singula Leonicenae accusatōnis capita discutiūtur:
Ac primū de eo quod Plinium nominum vicinitate
errasse Leonicenus calumniatur. Caput secundum.

n

Unc quoniam ita constituimus rem ipsam cōminus aggrediamur: atq; hominis importunitatē qua Plinium praecipiti magis q̄ perpenso iudicio insectatus est aperiamus. Sed omnia quaecūq; dixero diligentius obsecro: atq; etiaz minutissima cōsiderētur. Conabor eteni dilucide quantū fieri potest membratim singula atq; ex ordine enarrare. Et quae Leonicenus ipse in aceruum confusa quadaz mixtione compegit: Ego ita digeram: vt non minus indigne atq; inhumane q̄ frigide ineruditeq; pulsatū ab eo Pliniū intelligere omnes facile possint.

Ac primū quidez ita exorsus est Nicolaus: vt Pliniū vicinitate nominū deceptū in enarrādis medicaminibus quibusdam errasse dicat: veluti Prasio: Praso: Hormino: Halote: Stachy: Leucographide: Polio: Tripolio. Heraclio papauer. Empetro. Bettōica. Parthēio

Deinde quod non nominū modo. sed rerū etiā similitudinez parum discreuisset. ideo in quibusdaz pariter errasse vt Cyclamino. Heliotropio. Penthaphyllo. Adarca. Rubrica. Lemnia. Cistho.

Tercio q easdem haerbas pro nominū varietate putauerit esse diuersas. vt in Isatide. Echio. Cētunculo. Lagine. Arctio. Camaedaphne Oxymyrsine. Lolio. Auena. Nardo celtica. Silaoq; mōstrare nitit.

Prasium prassum

Postremo quod vulgarem opinionem falsamque sequutus in quibusdam Plinius videatur: vel solo Cinnabaris taxat exemplo: currensque deinceps per universam illam suam scriptionem non absimilis furenti: nunc Plinium ipsum: nunc Avicennam: sepe Serapionem: nunc hos: nunc percutit illos: Ac nisi Hippocratis vinculis alligetur: futurum aliquando ut ex asse insaniat. Sed nos ad singula a prioribus ordientes revertamur.

De Prasio et Praso.

Prasium graece esse quod nos Marrubium: Prasum vero quod porrum dicimus. primum Leonicenus edocuit: Didicit (ut opinor): et ipse boni cuiusdam viri poeticam medicinam in qua ita scriptum est.

Folia Marrubij sunt prasia prasaque porri. Que quoniam Plinius distinguere nesciverit: Horminum: Baloten: Stachyn porri folijs non Marrubij (ut oportuit) constare dixit: Cum tres illos testes qui unus sunt quod supra docuimus Dioscoriden Galenum Paulum opinioni suae adstipulantes citat. Vetat Hadrianus imperator hijs testibus fidem adhiberi qui unum eundemque sermonem (ut de compacto) afferunt. Verum ipse neque errasse Plinium patiar qui Marrubium grece prasium dici. xx. libro Et porrum prasum. vij.o et. xx.o aperte monstraverit. Neque Dioscoriden crediderim. Sed hunc ipsum Pliniomastigen: qui ideo Dioscoriden Marrubium intellexisse opinatus est quod ipse quae nam illae herbae sint nesciat: placetque hominis inscitiae potius vel codicis vitio quam Dioscoridis adscribere.

Ita enim a Leoncino nostro fieri oportuit cum Plinium emendaturus videretur. Non quam haerbam Plinius pinxisset negare esse illam: sed quae qualisque illa nunc sit docere. Non quid unaqueque res non sit (quod de deo dici solet): sed quid ea sit dicere. Non destruere sed adstruere. Non ex Dioscoridis sententia in re non manifesta Plinium evertere. (pariter enim et Dioscorides potest Plinij auctoritate superari: sed vel ratione vel rei ipsius evidentia. Nihil minus philosophi est ut diximus) quam aliquid sine ratione dicere. In haerbis quoque designandis non scribentis auctoritas: non Leonceni censura: sed vis et figura et res ipsa consideranda sunt: palamque exhibendum quicquid id est medicamentum de quo disputatur. Quod si ignoretur: (neque enim scire omnia mortalis est): salva apud nos scribentis auctoritas sit et humane potius ignorantiam nostram fateamur quam errasse alterutrum impudenter iudicemus. Sic nos quoque de hijs (quoad fieri poterit)

hormunũ ballotes

primumq; de Hormino transigemus.

De Hormino.

Horminũ quae & geminalis latine dicitur frumenti genus esse: Et inter frumenta cõnumerari: Theofrastus plantaꝝ. viij.° Plinius vero naturalis historiae .xviij.° aperte indicant: Naz frumenta ex satus tp̃re diui di Theofrastuz sequtus Plinius inquit: Tuz hyberna facit: vt triticũ Far: hordeum: Aestiua vero Frumẽta Pannicum Miliũ Horminũ Galenus quoq; alimentoruz primo: quando Horminuz in pollinem redigi affirmat inter Frumenta posuisse videtur: Uerũ Frumentacea omnia harũdineo folio constare tam Plinius q̃ eodem loco Theofrastus de frumentorum et leguminuz differentijs disserens scribit: Plinius horminum porri folijs constare dixit: Utrum ergo harundineis folijs similius habet folium: porrum ne an marrubiũ? Jam si ratione certandũ est (vbi res ipsa non exhibetur). Horminũ inter frumẽta est: Frumenta harũdineo folio constant porrũ harundini similius habet foliũz Qui ergo Horminũ porro similia hr̃e folia dixit: verora certe enũcauit: q̃ qui Marrubio cui nulla prsus cũ harundine cognatio: Pari similitudine quoq; plinius (vt est in tradendis herbarũ notioĩbus acutus ac diligens) Jn Oriza vsus est: Oriza etenim & ipsum frumẽti genus est: Quod Rizum vulgo dicimus nulli ignotum: Hanc .xviii.° describens Plinius porro similia habere folia dixit: Nulla alia rõne: q̃ qua Horminũ quoq; porri folijs constare scripsit: Porracei eniz folij ad harundinaceuz (quo frumẽta ijsdez censentur auctoribus): nulla aptior est proportio: Adde quod Horminũ Plinius Theophrastusq; Pannico et Milio aestiuis frumẽtis adnumerant: At si milij pannici ve folia describẽda sint: nulli⁹ haerbae magis q̃ porri folioꝝ pingentur exemplo: Sic hormini quoq; folia pannico milioq; cõnumerata: porri folijs nõ Marrubij (quo nihil in frumẽtaceis figuris ineptius) effigiari oportz: Haec de hormino rationez sequtus reiq; ipsius euidentiam scripsi: Quae si Nicolaus penitus inspexisset: Nec notissimi frumẽti. Plinio nec prasij graeci vocabuli ignorationez obiecisset:

oriza .i. Risũ

De Balote.

Jn Balote vero describenda: quid est quod prasij & prasi vicinitate errasse Pliniuz credamus: quẽ quae vera Balote esset (vt quae plurima

pli: l. xxvii ballote ... porrũ ... herba ... [illegible]

vbiq; nascatur) ignorasse non nisi ignorātissimus crederet? Qui libro. xx°. Marrubium inquit graeci prasion vocant: et ex Castoris magistri sui sententia. Nigrū etiā Marrubij genus esse scribit: vt sciamus etiam Marrubiū nigrum dicere potuisse: sicut porruz nigrum dixit cum de balote ageret. Baloten inqt Plinius graeci porrum nigrū vocant: folijs maioribus q̄ porri. Addit: Et vestientib' et graue olentibus canis morsibus efficacē: in nullo Marrubij genere folia vestiunt. At in porro: Allio: Harūdine vestiūt. maiora inquit sunt q̄ porri: magna esse porri folia non ignorabat plinius: Ideo maiora adiecit: graueolentiam in nullo marrubij genere (nisi manu teratur) esse certū est. Ea quoq; genera si terantur: non graueolentiā: sed acrem neq; iniucūdum int' habrotonū atq; absinthiū odorem reddunt. In porro nigro recte graueolentiā dixeris: quippe quod fetiduz grauē et capiti noxiū odorē referat. Atq; ideo in medicametis non estur: sed apponit': quod contra in marrubij generibus euenit: Sed quae sunt oculis cōmissa fidelibus: nonne mouere plus solent? Plena Balote sunt prata atq; in montium p̄cipue radicibus ijsdem quibus describitur signis: porri folijs grandibus nigris maculosis. vnde ego Baloten dictā existimem. Eam latinorum quidam vlcerariā: rustici porrū caninū vocant (ex eo quod putē) dictaz quod canis morsib' aduersef': nec tam haerbae similis q̄ potestatis nomen referat. Quid autē Dioscorides quiq; euz sequūtur crediderint: Nicolaus viderit. Nos Pliniū Romano ista pēsantem iudicio: rēq; ipsam audiamus: Quāq; et Dioscorides quidez cū multa balotes nomina enumeret: inter quae et Marrubiū nigrū est: et magnū marrubiū et Isionis sanguis. Alios tamē Cynosprason dicere Baloten affirmat quod aliud nihil q̄ caninum porrum significat. ipsumq; nomen ad rusticam simplicitatem manasse iam diximus.

De Stachy.

Stachyn quae tandem sit ignorare me fateor: pari quoq; vel certe maiori ignorantia versari Leonicenū arbitror. quippe qui et Stachyn ipsam ignoret: et vnius. i. iotae momento Pliniū credat errasse: nec plinij verba mentemq; consideret. Scripserat. xx°. volumine Plinius Marrubiuz a graecis prasion vocari. et nigrum Marrubij genus inueniri. Notiusq; illud dixerat quaz vt indicandum esset.

Leucographis

At. iiij°. & xx°. libro. Cum Ampeloprasum hoc est vitigneũ porrũ: (qd nos vulgo porrastellũ vocamus) porri folijs cõstare dixisset: continuo adnectens subijecit. Ea quoq; quae stachys dicit porri similitudinem habet: longioribus folijs pluribusq;. Stachys quoq; inqt Plinius vt Ampeloprasus porri similitudinẽ hz longioribus folijs. Si graeci prasio idest Marrubio similẽ stachyn dixissent. Cuz exploratissimũ habuisse se Plinius Marrubiũ referat quod folijs paruis & obrotũdis cõstet. Nec illam Ampeloprasso sociasset: nec longioribus folijs constare dixisset. Tunc eni errasse Pliniũ credibile aliquãdo fuisset: si stachyn vt ampeloprasum porro non cõparasset vel simpliciter porro similem dixisset. Verũ quãdo porracee herbe Stachyn adnumerat & lõgiora illi folia q̃ porro facit. Quis iã dubitet non errasse Pliniũ in haerbae similitudine quã comptam habuisset? Porro etenim non Marrubio nulli vt ipse inquit) ignoto lõga sunt folia. Accedit q qui octauũ Galeni librũ de simplicibus medicamẽtis latinũ fecit. Stachyn porro similem esse interpretatus est: Magnũ veritatis argumentũ. & Pliniuz & eum qui Galenũ interp̃tatus est (qualiscũq; ille fuerit) in eandẽ de Stachy cõuenisse sententiam.

De Leucographide.

Leucographida lapidem esse non latuit Pliniũ quippe ~~quippe~~ qui volumine. vij°. & xxx°. secũdaz galatites speciẽ leucographidẽ appellauit quoniã lactea esset candidis intercurrẽtibus venis. Sicut leucogeaz q̃ lacteo colore simplex esset. Sinopiten vero que sanguineis venis distingueret suasq; vires illis tribuit vt intelligamus plenius distinctiusq; aliquãto Pliniũ q̃ Dioscoriden de eius lapidis generibus tradidisse Leontinũ vero (qua fuit in diligẽtia) de leucographide lapide scribẽtẽ Pliniũ nõ legisse: atq; ideo in eo calũniando grauius deliquisse: leucographidẽ quoq; haerbaz esse. vij. & xx. libro scribit Plinius. eiusq; vires aperit. qualis vero illa esset scriptũ se non reperisse inquit. In quo quaeso accusator hic noster errasse Pliniũ calumniatur? An qr Leucographida lapidem esse ignorauit? Ast hunc bellissime vt diximus distinxit: descripsitq;. Nosq; illum & pulcherrimũ habemus: & viro incompabili pico Mirãdulae & Antonio Fauẽtino prestãtissimo philosopho cum haec pderemus ostendimus. An quod qualis esset leucographis herba non reperisse se fassus est? At de eius figura scribentez

aliquez non

apelo prasũ vitigneũ porrũ porrastrellu

Leucographis 37 galactites Leucogea sinopitis

XXVII

Polium -tripoliũ

aliquem non vidit: sed easdẽ vires inquit haerbae suae Plinius quas Dioscorides lapidi tribuit. Quid si errasse Dioscoriden Leonicene dicerem: qui quae haerba esset lapidẽ credidit: qua illum ratõe defenderes: aut si hoc non recipis. Nonne cõmunes tam lapidi q̃ haerbae vires esse possunt: Jaspis sanguinẽ sistit: Leucogea lactis abundantiam facit. Topazius venerẽ cohibet: sed eosdem quoq; effectus Syderites lagine ligus atq; haerbarũ praestant plurimae. Sed Dioscorides inquis Moroxuz quoq; vocari Leucographiden scripsit. Falsuz hoc quidem: Moroxum Galenus fortasse dixerit. Morochthum certae Dioscorides non moroxũ (vt tu puerse retulisti) Sed ⁊ hũc Morochthum lapidem esse non fugit Pliniũ: qui hunc vltimi voluminis capite x.° cõmemorat: quẽ nos quoq; habemus ⁊ multis ostendimus in cotis attritu lacteo sudore manantẽ: ⁊ candidas lineas tam ⁊ si porraceã viriditatẽ praeferat in pannis ducentez: Et Morochthuz hũc Leucographiden quoq; dici Dioscori des scripsit: An ideo errasse Plinium praedicas. quia de Dioscoridis ignoti sibi homis appellatõibus nõ diuinauerit: An nõ satis putas vnũ Morochthi nomẽ adduxisse Plinium: qui Leucographiden ⁊ aliũ quoq; esse lapidem q̃ Morochthum ostendit. Tam ⁊ si quosdaz Leucographiden Galaxiãq; vocasse illuz Dioscorides scribat: Praeclara Dialectici philosophi argumẽta. Fatetur Plinins figuraz Leucographidis haerbae non repperisse se: ergo errat accusante Leoniceno: quod ingenue fatet Plinius: quod nõ temere adstruit quod non repperit: quod non diuinauit ergo errat: Jam vel ex ista argumentorũ formula videre possumus: quo hunc hominez carpendi libido ⁊ nouitatis ostentatio transuersuz ferat. Leucographida ergo ⁊ lapidem esse: ⁊ haerbã quoq; esse posse Plinio docente discamus: vt prasum quoq; ⁊ heliotropiũ tam haerbas q̃ eiusdẽ nominis gẽmas designãt. Morochthuz quoq; ideo Leucographiden a quibusdaz dictũ quod cãdidas ducat lineas viridis ipse cuz sit. Galatitis vero secundaz speciẽ ideo Leucographiden dictaz: quod lactea cum sit candidae illaz inscribant venae. Leonicenũ vero qui nec ista pẽsauit in legendo Plinio hebetiorem fuisse noscamus.

Moroxus Morochthus

De polio ⁊ tripolio.

Polium suauissimaz haerbaz Musaeo ⁊ Hesiodo auctoribus qualis esset quibusue polleret viribus: luculenter (vt omnia) descripsit Plini⁹

Miraculum addens iisdem tradentib' auctoribus: quod ter dic colorem mutet. Tripolij vero ratione͂ figura potestate soloq3 diuersa3 suo loco pariter assignauit: Accusator hic noster: omnia fere verbū ex verbo quae de Polio dixit transtulisse ex Dioscoride Pliniū refert. verū in hoc errasse: quod Tripolij miraculu3 Polio adscripserit: contra qua3 Dioscorides fecerit. Simul quod tripolij radicem dari epaticis in farre coctā ꝑdiderit: qꝺ apud nullū inqt grauioris auctoritatis medicu3 legit̃. Iam ꝛ ex his quoq3 nō transtulisse ex Dioscoride Pliniū satis constat. Verū age Nicolae effare obsecro: ne nostra fluctuet oratio: saepiusue idem repete͂dum sit: Aut Dioscoriden nō legit Plinius (quod supra docuimus) Et nihil est qꝺ tanto viro imputes. Si Musaeo Hesiodo Theophrasto totq3 illis auctorib' plus: minus: cōtra ve scribat q̃ Dioscorides dixerit. Aut vidit quide3 (vt tu autumas) S3 nec Dioscoriden ꝑ omnia sequi illi visum est. Et non video cur̃ soli Dioscoridi credendu3 magis censeas: q̃ Plinio tot tantorūq3 virorū auctoritate subnixo: que͂q3 verisimile ē in eo tantū a Dioscoride dissensisse In quo vel ratōe vel experie͂tia vel grauioris viri auctoritate ꝑmotus: melius aliquid aut verius inuenisse putauerit. Non possumus nūc vtrius haerbae Polij Tripolij ve quae tandem illa sit videre miraculum. Neq3 eni͂ aut regio aut tempus patitur. Sed quis apertam calumnia3 tuam non videat: qui ideo errasse Pliniū dicis quod Musaeo ꝛ Hesiodo auctoribus eodem libro duobus in locis de Polio scribat. Contra ea quae solus Dioscorides scripserit? Si Dioscoriden negauero qua illum ratione quo auctore defendes? Ego Musaeu3 Hesiodum Dioscoridi opponam: Plinium quoq3 Dioscoride posteriorem atq3 ideo sapientiorem: qui ꝛ Dioscoriden (vt tu credis) ꝛ priscos omnes quos citat viderit. Tum obsecro quale tuum est hoc enthymema? Non legitur inquis apud aliquem medicu3 tripolij radicem dari epaticis in farre cocta3: Ergo errauit Plinius qui hoc scripsit. Quid hoc argum enti est obsecro. Quia tu non legisti. Errauit Plinius? Nonne potuit a castore suo Plinius hoc didicisse: vel experimento comperisse? Nonne ab Hippocrate Herasistrato Chrysippo Praxagora? Num Diocle Num Herophilo? Nun Dieuce Dionysio Metrodoroq3 haerbarijs: quos tu nunqua3 vidisti nec nos habemus: quiq3 vel hoc ipso magnā habere Plinio griatiam debeamus (vt vir rarissim' dicere Picus solet) qꝺ illos nobis vtcunq3 restituit? An nescis opor

tere eum qui hoc argumentandi genere vti velit: tria primum principia
ponere: legisse se scilicet omnes medicorū libros: Tum vero intellexis/
se: postremo memoria tenuisse: Num tibi haec adfuerūt oīa quaeso: cuꝫ
Pliniū i Tripolio errare dixisti: qꝛ tu nūqꝫ apd aliquē medicū legisti:
At nos qui nec medicinae artis sciam fitemur: nec graecorū vanita/ &
tibus addicti tam multa contemnimus: Sed nostrorū quoqꝫ ⁊ Neote neoterica
ricorū ingenia ⁊ admiramur ⁊ colimus: Nefasqꝫ esse ⁊ studioso homie
indignuꝫ putamus: si oblatum qualemcūqꝫ librū vel semel non percur/
rimus: Tripolium ipsuꝫ scimus (quando ⁊ virentē Venetijs ⁊ pictam
vidimus ⁊ herbariorū narratione didicimus) cōmuni vsu Trifolium Tripoliū
marinuꝫ dici: ⁊ Turbitellaꝫ soldanamqꝫ vocari: ⁊ ab remedij ipsius d turbitella
quo agimus facultate Ficatellam. Epar eni quodcūqꝫ ex eo ficatū vul/ Soldana
go dici coeptuꝫ est: ex quo saginatorū fico suum iocinera gulae proceres figatellam
laudauerūt. Unde ⁊ ficatellam Tripoliuꝫ quoqꝫ nuncupant: quod epa
ticis (vt Plinius inqt) idest ficato laborātibus afferre praesidiuꝫ po/
test. Plurima eniꝫ in hetruriae maritimis nascitur: ⁊ eo praesertim lit/
toreo tractu qui a vadis volaterranis ad ostia Tyberina protenditur.
Huic ⁊ Jacobus cornetanus medicus singulare volumen dicauit: egre
giasqꝫ eius laudes epaticis cecinit. Quin ⁊ pclarus Auicēne enarrator
Gētilis consiliorū libro qua parte hydropis remedia colligit: mirabi/
les (vt ipse inquit) esse huius haerbae effectus tradit. Et (vt ipsi⁹ quo
qꝫ afferam verba) a tota inquit specie confortat epar ⁊ ab eo educit aqꝫ
quae duo quasi basis in cura sunt hydropis: Num tibi videmur graui
orē aliquē medicū de tripolij viribus Plinio adstipulantē (quod tu ne
gaueras) inuenisse:
Addis ⁊ aliud plane frigidius: Galenū auctorē esse inquis: qd om/
niuꝫ viscerū vitijs polium auxiliatur. Et hoc quaeso quid argumēti est
Galenus oībus viscerib⁹ auxiliari Poliū dicit. Plini⁹ oīa ferme vi/
scera singulatim enumerat: qbus poliuꝫ auxiliat: in quo igit arguis: Il
le genus: Plinius generis spēs distinxit.
Miraris ꝑterea Pliniū in tripolio dixisse: visaꝫ illaꝫ qbusdā eandeꝫ
esse q̄ poliū: Atqꝫ ex eo conijcis Pliniū illorū opiniōꝫ sequtū fuisse. vn̄
obsecro noua haec argumētorū rō: Cū Polij tripolijqꝫ differētias: no
mē: figura: solo: potāte diuersis locis assignauerit Plini⁹. qꝛ quosdā du
as herbas vnā putasse dicit (vt omia quae de illis scripta sunt referat)

Papauer heraclium

Cũ idem credidisse Pliniũ arguis: qui iam diuersas esse firmauerat: Quae ista obsecro ꝯcludendi necessitas: Dixerũt quidam. Ergo Plinius qui contrariũ scripsit: credidit: Videre iam possum⁹ qua cõtradicendi libidine Leonicenus feratur: Non argumentũ non rationẽ affert non auctorũ numerũ: non experientiã aliquã: quibus errasse Pliniũ necesse sit credere: Errasse (vt summatim dicam) toto hoc suo libello Pliniũ clamitat: nullo alio fere argumento q̃ quod a suo Dioscoride (vt ipse pntat) dissentit. Ego contra ideo Dioscoridi fidem adhibendam non esse cõtendo: quãdo a Plinio doctissimo hoie: ꝛ romão: ꝛ posteriore: ꝛ multis ac magnis auctoritatibus fulto: Solũ Dioscoriden dissentire contingat: Plinij quoq̃ fidei atq̃ auctoritati: aliud nihil q̃ rationem experimentũve contrarium esse posse.

De papauere eraclio.

Si eam diligentiam Nicolaus noster operaꝫq̃ inuestigandis haerbaꝝ notionibus differentijsq̃ impendiss̃: quã in cumulandis Plinij (vt ipse putat) erroribus adhibuit. Vtilius profecto aliquid vitae excogitasset: nec se magnorũ hominũ calumnijs inquinasset: nam duꝫ aliorũ errata psequitur: in magnos ipse plurimosq̃ errores incidit: Quod vel ex hoc papauere de quo nunc agimus perspicuũ fieri potest: Radiculam graeci Struthion hoc est passerculuꝫ vocãt: quod cũ haerba: tum flos ipse (tam ꝛ si inodorus sit egregie tamẽ pulcher est passerculoruꝫ specie visendus. Heracliuꝫ papaueris genus Struthio simile esse: nõ taꝫ Dioscorides q̃. ix°. plantaruꝫ Theophrastus scribit: Plinius qui (vt est videre) si vtrũq̃ scriptorẽ conferas) vt in plerisq̃ omnib⁹ sic in papaueris generibus describendis Theophrastum sequtus plura quoq̃ ꝛ notiora haerbarũ signa cõmemorat: quoniã haerbae huius quoq̃ figuram non ignoraret. Heracliuꝫ papauer inquit: si procul intuearis speciem passeruꝫ folijs representat. Ast hic noster cõmunis salutis (vt ipse de se inquit) procurator hoc ad Plinij errorem retulit: Probabilius inquiens existimari debere: Haerbam haerbae q̃ auibus folium habere persimile. Sed videam⁹ hõis lraꝝ certe aliquem rerum vero nulluꝫ vsum habentis errorem. Conueniunt quidem Struthion ꝛ Heraclium papauer: non figura modo in his quae diximus: sed ꝛ viribus quadaꝫ inter se ꝑportõe notãdis. Nã ĩ vt Struthion lanis: sic Heracliũ linis splendorẽ affert: si ꝓbabile est haerbã haerbae (quod negat nemo)

Cur non ⁊ probabiliter a Plinio dicit (vt expressius haerbae signa
demonstret: ⁊ nomis ac similitudinis quasi quandaz rationez reddat)
Heraclij folia procul intuētibus speciem passerū representare : Non
animaduertit in calumniā praeceps Nicolaus: cui semper noua sunt
omnia. Morem hunc Plinij tum haerbarioꝝ omniuz esse qui haer/
bas ipsas compertas habuerūt: atqꝫ ideo alijs cognoscēdas tradide/
runt. Non haerbas modo similes: sed ⁊ animalia ac surdas interduz
⁊ diuersissimas prorsus res ad exempluz citasse : quo facilior promp/
tiorqꝫ vestigantis haerbas diligentia fieret. Sic ⁊ in siluestris quoqꝫ
papaueris genere cornicularīū vnuz dici Theophrastus scribit ꝙ fru/
ctus inflexi vt cornicula figurant: Sic cum Psyllium describunt flo/
res caninis capitibus similes pingunt: Cum Echion Vipereis. Cuz
Antirrhini fructū vitulinis naribus: cuz Myosotin murinis aurib⁹ :
Cum Alectorolophon: gallinaceis cristis: Cuz Chenopum anserinis
pedibus: Cum Lagopum leporinis: Cum Hippurin equinae caudae:
Cum Alopecuron vulpinae : Cū Scorpiuron A Nepa: Cum Poly
podiū a radice poliporū Cirris simillima nomināt: Quin ⁊ insectorū
quoqꝫ similitudinē retulerūt: Cum Aspleni folijs Scolopendrarū fi/
gurā assignent : Cum siluestris Sesami seminibus: Ricini fetidissimi
aīalis exēpluz: Quid cū Cynosbati folia vestigio hōis similia esse di
cūt: Cū Omphalocarpi hoc est Aparines semia vmbilico: Cū Pele
cynum lentis morbū bipenni aut securi: Cum Cētunculuz capitijs pe
nulaꝝ: Cū lonchitidis capitula psone comicae linguā exerēti : Quid
(quod magis etiā mirere) ⁊ cū p̄fatōe pudoris ēt dicēdum est: Nōne
Orchis haerba viriliū testiū faciē radice p̄bet: Cynosorchis ꝺo cāni
noꝝ: Nun haerba est vulgo nota ad primū veris iniciū in aruis ac se
getibus nascēs a cedarijs expetita Fabarolam vulgus nūcupat: medi/
ci sacerdotis testiculuz: cuius radicē pēdentē cū testib⁹ colem dixeris:
Nun Theophrastus plantaꝝ. viij.° Semia quaedā ad Mētulae spe
ciē effigiati: Plini⁹ vero Cynomorion haerbam canini genitalis for/
mā prae se ferre dixerūt: Et mirabimur Heracliū papauer speciez
passerculoꝝ procul intuētib⁹ rep̄sentare: Pliniūqꝫ illud appositissime
dixisse: Multū semp artibus licuit in inueniēdis explicādis ꝑdendis
qꝫ rerū viribus ac differentijs: Quid noster hic mussitat Nicolaus: q
qm̄ nec Struthion nec Heracliū nouit: nec similitudiēs rerū causasqꝫ

Nota q[uod] basicchia non repit[ur] ... illa soluti[u]a ... auctores ... sapore ... est salsedo qualis ... emp[e]tro mille fere alia ... expladu[n]t ... fer[e]

cōsiderat: ideo errasse Pliniū praedicat q[uod] passerculis folia Heraclij similia dixerit: nec rationem vllaȝ experimentūve affert quo conuinci Plinius erroris possit.

De Empetro.

Empetru[m] calcifragu[m]

Empetruȝ a nostris Calcifraguȝ vocari refert Plinius calculosq[ue] frangere: ac non ideo calculos non frangit: quia nullus ex his quos Nicolaus legit hoc scripserit. Hanc ei haerbae vim esse Plinius dicit magnus auctor atq[ue] abunde laudatus: Cuius veram esse sententiā & experimento compertuȝ est: & hominū opinione receptuȝ. Est enim empetrū (quod noster Leonicenus ignorauit) ea haerba quae acedarijs gratissima nunc habetur: & quam Venetia omnis vna addita immutata ve littera sampetraȝ haerbaȝ vocitat: Basicchiam multi dicunt: alij baticulam: picentes ab haerbae ipsius facultate Rumpisaxum vocant: folijs ad rhutam ferme accedentibus: verum crassioribus acutioribusq[ue]: Flore semineq[ue]: quae cum Anisi: tum foeniculi speciem in muscarijs repraesentent: odore iucundo: sapore inter acidū salsumq[ue] cibi appetentiam prouocante: Nasciturq[ue] (vt Plinius quoq[ue] docuit) in montibus maritimis fere in saxis: quod toto illo tractu videre licet: qui inter phanum fortunae garganuȝq[ue] tenditur promontoriuȝ: Et in Istroruȝ cautibus liburnoruȝq[ue] scopulis vnde plurima in Venetos defertur: & satiua quoq[ue] in Coenobioruȝ hortis non facili cultura seruatur: Certis quoq[ue] rationibus adducimur: vt eam putemus esse quam marinā batin alio in loco Plinius appellauit: Aliud Empetri genus quod saxifraguȝ nostri vocāt: nec Pliniū latuit: quippe qui illud libro. xxij. Inter adianti genera posuit ramulis nigro colore virentibus folijs filicis: mire calculos pellens frangensq[ue]: vnde & nomen. Non quod vmbrosis petris (vt graeci forte putauerunt) parietuȝq[ue] aspergin ibus nasci illam videamus. Non ergo nominū similitudine deceptus est Plinius qui vtrunq[ue] empetri genus diuerso nomine Calcifragum & Saxifraguȝ prodidit. Sed Nicolaus noster qui nec Plinij verba pensauit: nec haerbas ipsas (vt accusatorem decebat) agnouit.

Sapetra basichia baticula ru[m]pisaxu[m]

Marina batis

Saxifragu[m] Adyantum

De Betonica.

Pari quoq[ue] imprudentia fertur: cum errasse Pliniuȝ verisimile sibi esse dicit in describenda Bettonica: quod folio non quercus (vt Dioscorides) sed Lapathi similem Bettonicam pinxit: quodq[ue] ea pi

parthenium

ctura Britanicae baerbae ex Dioscoridis sentētia) magis conuenire videret: Sed mirum prorsus: vt indiligens accusator apparuit/homo alioquin haud indoctus: qui Plinij verba nec penset nec referat: Bettonica inquit Plinius serratula a nostris vocatur a radice spargēs folia fere lapathi serrata: Quis lapathuz ipz Bettonicāqz agnoscens (nemo eum vnus est qui ambas non norit) nō graphice descriptam a Plinio Bettonicā dicat: cum serratulam vocari: ꝛ folia fere Lapathi ꝛ serrata habere illam videat: meliusqz aliquāto q̄ȝ quercus similitudine a Dioscoride designatā: Cū folio quercus non ipa Bettonica (a quercu prorsus dissimilis) sed trixago magis ꝛ Hierabotane describantur: Non ergo Lapathi folia simpliciter dixit Plinius sed serrata adiecit (quod subticuit aut dissimulauit Nicolaus) Cum in Britannicae descriptiōe notissimae baerbae folia nigra oblongaqz eodem libro dixisse satis esse putauerit: nec serrata adiecit: qm̄ incisuris illis quibus bettonica distincta nō sint. Quid autē aut frigidi⁹ aut iniquius dici pōt q̄ȝ iō errasse Pliniū dicere. qr Dioscoridis v̄ba similitudinesqz in pingēdis baerbis nō vsurpauerit: sȝ signa alia ꝛ q̄ aptiora videbant adhibuit:

De Parthenio.

In explicādis p̄terea Plinij d̄ parthēio (vt ipse putat) errorib⁹: in magnos Leonicen⁹ errores icidit: vt ex herbaꝝ ipaꝝ descriptōib⁹ differētijsqz cognoscere lȝ: quas intellexisse distixisseqz pliniū Leonicenū do ꝯfudisse p illaꝝ ignoratōȝ itelligem⁹. De ijs igit sic agem⁹ Tres baerbas parthenij noie nūcupatas. xxi°. ꝛ. xxij°. volumie scribit Plinius (Nā d̄ quarta q̄ mercurialis ē s̄mo nūc nobis nō est) Hisqz oīb⁹ suas qbus pollerēt vires adscripsit. Ex eoꝝ (vt est videre) snia quos tā mltos enūerat: Prima q̄: Parthenū Leucāthis Thamnac⁹qz a graecis: a nr̄is ꝛ Celso pelecynū Muraliūqz vocet: In hortoꝝ sepib⁹ nascēs: flore albo: odore mali: sapore amaro. Alterā q̄ helxine ꝛ sy derites ꝛ perdiciū ab aue cognoiat: folia habēs mixtae silitudinis plātagini ꝛ marrubio cauliculos densos leuiter rubentes: semina in capitib⁹ lapaceis adberentia vestibus: vnde helxinem dictam volunt. Terciam quae itidem ꝛ perdicium ꝛ astericum: a nostris vero baerba vrceolaris dicitur: folio similis ocimo nigrior tantum in tegulis parietinisqz nascens. Has Parthenij differentias si Leonicenus cognouissȝ

bettonica
serratula

Leucāthis
Thānacu
pelecanū
helxine
syderites
pdiciū
Astericu
herba ūceolar

Simulq3 & diligentius Celsuz: & dilucide ista scribentē Pliniū: & suū illum Dioscoriden inspexisset: non temere adeo obstrepuisset: quod vt plene ītelligere possint studiosi: ego eas quae sint aperiā: disceptādoq3 proponam ijs locū faciens qui veriora cōtulerint.

Leucanthisum — Prima quidem & a floris candore leucanthis: & a fruticum cespitisq3 densitate Thamnacus nomen accepit. Eadem a Celso (in his forte libris quos de agricultura scripsisse illum constat) siue ab odoris suauitate: siue ꝙ vnguentis flos aptissime cōueniret: Muralium dicta est quasi Myraliuz. y. psylon in. v. nostrū verso: quod veteres (vt in Murrha: Murena: & Mure frequētissime vsurparunt: & familiare esse latinis scribit Cicero: Pelecynuz idem ex eo coguominasse videtur: quod frutex ipse odoris suauitate ad se pelliciat. Siue quod (vt Pelecynus quoq3 haerba quae in segetibus nascitur) adminiculo indigens hortoꝝ sepibus subrepat: quod nostro quoq3 aeuo fieri hominū videmus industria. Hanc nos vulgo gensemінū vocamus flore albo: odore mali: sapore amaro. Hec ē illa Parthenīū ꝙ̄ rectius fortasse Amaracū dixere quidam: quae sub ipsa quiescentez Aschanium floribus & dulci aspirans complectit̄ vmbra. Unde laudatuz illud in Co insula quondaz conficeret̄ vnguentū quod Amaracinū Sampsucinuzq3 dicebat̄. vnde forte in gensemini vocabulum vulgus deflexit: vt non aliud fruticis vel haerbe genus intellexisse illos apud Dioscoriden putem qui Parthenīū Amaracū dixerūt. Alioqn si ea Dioscoridi parthenīū est quā cautā vocare Thuscos tradit: quo pacto tā breuis haerbae vmbra cōplexū puerum dulciq3 scripsisset insignis vates: Cum Cautā ipsaz nec vmbrae ob breuitatē idoneā: nec odoris vnguēti ve oblectamēto ob floꝝ graueolentiā esse plane oēs intelligāt. Melius ꝗ eodē Dioscoride auctore & Chamemelū & Anthemida quosdaz vocasse illā quae Cauta dicit̄ fortasse qs putet. Cū inter chamaemeli spēs quas esse tres ꝓdidit collocet̄: Duas eteni quae nūc etiam cautae & vulgo Cotae dicant̄ haerbas nouim⁹: vnā q̄ sana cognomietur & a qbusdaz millefoliū non recte dicat̄: nos leucanthemū Plinio dictā. xxj°. volumie credim⁹ habrotono odore similē & flore albo folio saz suspiriosis vtilē. Alterā chamaemelo similiorē quae ab odoris foeditate putidae cognomentū ferat: Potuit & Dioscoridis parthenīuz millefoliū hoc esse: si nō illi coriandri folia adscripsisset.

[Marginal manuscript notes: Leucanthisum; Muraliū; plecinū; gesemmū; Amaracus; cauta; & Rrederi duas et amaracos]

At secūda parthenīū iisdez qbus a Plinio pingit' signis plurima in/
spicit' in aruis stipulisq3 nascēs: folijs fere mercurialis cui' semē aspe/
rū nigrūq3 perdices appetāt. Eaz qñ semia inambulantiū vestibus he
reāt: vt graecoz qdam helxinem dictā voluerūt: Romāi haerbā lapa
riā: sic vulgus quoq3 p haec tpa grapellaz nūcupat quasi a rapiendo
rapellaz dicas. Tercia vero est ea quā ex eo q folia caudiculis stellae
instar circūberentia hēat: astericuz dicit': Et q ipsa rapaci quadaz la
nugine haerere vestibus possit a Dioscoride dicta helxine videtur.
Quod vo tergēdis vrceolis vitreisq3 vasis experimēto sit efficax a pli
nio vrceolaris a nobis vulgo quoq3 vitrioluz dicit'. Quod vo muris
parietibusq3 nascat' a Celso Muralis. ii°. de medicina libro: A nr̄i
tempis medicis recte parietaria dicit'. Mineruae sacra atq3 iō Par
theniū dicta quod eam dea Somno monstrauerit.

Uides vt in nullo deceptus Plinius (si qui illū legūt intelligant)
ab errore vindicetur? Uides iam cōuoluuli huius nr̄i māifestā calum
niam: vt sese suo cū Dioscoride velut in pampino contorqueat? Qui
suā Partheniū & chamaemelū vocet: & solisequiū & millefoliū vocari
a romāis affirmet: quib' qdem appellatōibus absurdius nihil dici po
test apud eos etiā qui vel mediocriter haerbariā attigerūt: qui & pro/
pria illa esse diuersissimaz prsus a Parthenio haerbaz noia nō igno
rant: Et Leonicenus in prio qdem parthenij genere pro Pelecyno
(quod veteres & impressi habēt codices) perdiciū scribit. In tercio
p murali muraliū ponit. Et qd de murali in. ij°. de medicia libro Cel
sus scribit. Hic de muralio in. iij° scribere illuz imprudēter affirmat.
Tum p Leucanthe candidi floris haerba. (Uñ & nomē) Cotā nescio
quā (Cautam vt arbitror Dioscoridis vertens) autumat: Non albo
flore sed luteo cādidis foliusculis coronato: nō odore mali sed habro
toni (vt Plinius) vel insuaui ac tristi: si eā que putida cognominatur
intelligit: vt iā qd Plinio prim' obijecerat in Nicolaū ipm vehemen
tiusq3 aliquāto retorqueri possit: qui nō hominū mō & rez similitudine
sz graece quoq3 eruditōis opiniōe dcept' pluria intempant' effudit.

De eo quod similitudine reruz deceptū Pli
niū Leonicenus insimulat. Caput tercium.

hēba lapparia
grappella
astericu
helxine
herba ūceolaris
vitriolu
Muralis
parietaria

Cyclamē

Satis (vt arbitror) eruditis auribus satisfacere potuim⁹: cū nō calumniā mō Leōiceni ꝯ Plinio refellimus. in qbus noīm similitudine deceptū errasse Pliniū dixit: sꝫ accusatoris quoqꝫ errata patefecim⁹ nūc de eo disseramus oportet: Jnquo rerū similitudo (vt ipe inqt) Pliniū in errorē induxit: ac pmū de Cyclamio ex ordine verba faciam⁹.

De Cyclamino.

Cyclamini haerbae quā nūc porcinū panem vulgus mediciqꝫ vocāt tria genera: Aristolochiae vero quatuor aptissime scribit pingitqꝫ Plinius: At hic noster accusator Cyclamini radicem dicit ideo existimasse Pliniū videt Aristolochiae rotunde radicem esse: qm̄ radici Aristolochiae vim necandi pisces adscripsit. Huius rei argumentū hoc affert. quod ipse (inquit) a viris grauissimis accepi: idē nostro aeuo fieri: non Aristolochiae radice sed cyclamini. Nōne praeclaro vsus videt aduersus Pliniū Leonicenus vel testimonio vel syllogismo: Quia audiui inqt Nicola⁹ Leonicen⁹) Cyclamini radice pisces necari fallit Plini⁹ (etiā cū vidisse se dicat (q aristolochiae radice pisces necari tradidit: O inexcusabilem calumniam: quia cyclamini radix hoc facit: aristolochiae non facit. Quia de Cyclamini radice ab ignotis Nicola⁹ accepit: Plini⁹ pprio testionio de Aristolochia mētit: En pclari dialectici argumēta: qm̄ tubere trae (idest prie Cyclamini radice) fit vt pisces necent: Malo trae hoc est Aristolochiae rotūdae radice fieri nō pōt. Fallit Plini⁹ q id vidisse se scribit: Non fallit Nicola⁹ q audisse se dicit: At Plini⁹ inqt: radicē Cyclamini id ēt efficere scribit. Verū id qdē Leōicene: sꝫ terciae Cyclamini cognoie chamaecissi cui⁹ nō rotūda sꝫ sparsa sit radix: vt tādē agnoscas sine mēte te dīe: qd de rapo trē audisse te psuadet conaris: An caecū aut mēdacē fuisse Pliniū putas Nicolae cū cāpanos piscatores maloterrae calcē miscere piscesqꝫ necarevidisse se scribit: Nū impossibile qddā aut supra fidē dixisse tibi visus ē Plinius: Sꝫ ⁊ Tithymalū cognoie Corymbiten libro. vj°. ⁊. xx°. Et lactucā caprinam libro. xx°. eosdē pstare in necādis piscib⁹ effect⁹. Jdē ipe Plini⁹ tradit. Verbasco haerba tā fluuiales q̄ lacustres pisces interimi. Et marinos etiā a phoenicibus hoc mō capi. vij°. historie aialiū Aristoteles scribit. Nos quoqꝫ experimēto visuqꝫ didicim⁹. Et cucumerē asininū: ⁊ viridia nucū putamiā contusa idem efficere posse. Qm̄ ergo ⁊ Cyclamino ⁊ Corymbite ⁊ lactuca caprina ⁊ verbasco ⁊ cucumere asinino ⁊

Cyclamē
pam[is] porcinus

chameciss[os]

iuglãdiuz corticibus pisces necant. Errat Plini⁹ qui Aristolochiae radice necari dixit: Nun tibi carneadea ista videnť Aristotelice ve demonstratões: qbus inexpugnabile ver necessario sequať: Tuz co nclu dens pgis atq in hũc modũ dicis. Aut igiť fatẽduz ẽ duas esse radices q̃ eosdez pstent effctũs. Aut illud dicẽduz erit Cyclaminũ rotunde radicis quartũ esse Aristolochiae gen⁹: Vñ ista obsecro fatendi dicẽdiq necessitas Nicolae: Primũ qdez non duas mõ haerbas quae pisces necent: sed sex adduximus: multasq alias idez efficere posse nõ dubitam⁹. Nun grande aut mirandũ quiddaz putes: si due pluresue haerbae idez possint: Deinde q Cyclaminus pisces necat Aristolochiae genus erit quartũ: (At quintũ dixisses: Aristolochiae eni genera quatuor Plini⁹ enumerat): Pari ergo ratõe Corymbites Tithymalus: & lactuca caprina & verbascum & cucumer asinin⁹ & iuglandiũ cortices: q pisces necant inter Aristolochie genera reponẽtur: quasi vnũ effectũ nõ nisi vnius haerbae genus pstare possit: quod nec Aniculae quidez dicerẽt aut empiricor qsquã. At de Aristolochia quod pisces necet a nullo inquis auctore scriptũ repitur. Legisti ne omnes auctores Leonicene: Nonne ego te in Tripolio monui oportere eum qui ita arguat legisse intellexisse & mẽoria tenuisse oẽs qui vnq scripserũt auctores: quo argumẽti h⁹ formula & rõ constare possit: Sz non ne omnibus auctoribus rei ipsius euidentia potior: Hãc radicẽ etiam nũ campani meluz terragnũ hoc est malũ terre vulgo dicũt: & in piscatu passim adhibẽt. Quod vir illustris acerrimiq iudicij Sigismũdus Estensis frater tuus dux inclyte (cuz haec pderemus nobis retulit. At quae nam ista peruicacia: quae frontis duricies: quae impudentia est: A nullo auctore scriptũ inquis cuz Plini⁹ scribat: Et q nullũ id scribentez reppisti qm paucos legisti. iõ Plinio qui se vidisse affirmat credenduz nõ est: qui tibi te audisse dicẽti credi putas: Cui ego in his qdem q̃uis iurato metuã cõcedere testi: O infelicẽ Pliniuz: O cassa lrar studia. O vanos integerrimi viri labores lucubratõesq miseras: En post annos mille & quadringẽtos sophistes vn⁹ in hoc tãdez vaesanie genus prorupit vt nõ errasse modo rer vel nominuz similitudine dceptũ (qd & hõis erat) sz & mẽtitũ quoq Pliniũ insinuet: quia id vidisse se affirmat: quod Nicolaus Leonicenus a nullo scriptum repperit. Non ergo de Plinij doctrina: sed fide nunc agitur: Praeclare me hercle cum studijs actum: piget pudetq aduersus hunc hominem

meluz terragnũ

verbis agere qui non iam v̄bis (vt Aristoteles inqt) sꝫ poena indiget Jam vel hoc solo hoīem intelligere possumus: qui etiā graecissans addidit (vt obiter ⁊ sua quoqꝫ pensem⁹) Cyclamini radicē rapuꝫ terrae vocari. Ex Dioscoridis magis sententia ꝙ̄ Plinij auctoritate latini homis ⁊ tuber terre vocātis: Quasi ⁊ hortense rapuꝫ non terre olus sit: sed aquae. Sola vero Cyclaminus rapū terrae vocari debeat. Cū nō Cyclaminū (vt Celsus Pliniusqꝫ latini hoīes ⁊ a graecis ducta ratio postulat) Sed Cyclamen ꝑclarus litterator enūciat: sed minutias istas persequi operepreciū fortasse non est: Nunc ad reliqua pergamus: deqꝫ Jntybis ⁊ Heliotropo differamus.

De Heliotropio.

Jn Heliotropij descriptōe nō errasse Pliniū intelligat quicūqꝫ ꝓ penso iudicio aequus rerū existimator aduertet animo Pliniū ipsum intybacei generis Heliotropijqꝫ notissimaꝝ haerbaꝝ species figurasqꝫ primū descripsisse: tum etiā vim facultatēqꝫ illaruꝫ adiecisse: Neqꝫ verisimile esse eruditissimū hominē in his quae graphice adeo adnotasset. Uno verbo lapsuꝫ clarissimaꝝ haerbaꝝ noticiā cōfudisse. Qua ꝓꝑ codicis (vt opinor) vitio potius ꝙ̄ tanti viri auctoritati vnius verbi adscribemus erratū. Diligentius igitur oro ista cōsiderent: differētiasqꝫ notemus.

Jntybus nec ex lactucineo genere nꝫ ex alio dici pōt. Nam omnia hui⁹ genera ita lactucae cognata ēe vident vt vnū ex alio nasci videat posteriore sp ꝑ ratāaliqꝫ rōeꝫ ꝯcrescēte lactucāqꝫ in aliq° referēte. Et Jntyb⁹ olus qdeꝫ est ptiꝫ hortēse ptiꝫ (vt Theophrast⁹ inqt) Aruēse hortēse dico quod satiuū est: aruense quod spōtaneū syluestreqꝫ dicit Satiuū Jntybi gen⁹ seris dicit: syluestre vero erraticū Seridis aūt idest satiui Jntybi due sunt spēs: quaꝝ vna vt ipm genus satiua dicit: syluestris vero altera: tametsi vtraqꝫ hortensis sit. Satiua seris idest satiuus hortensis Jntybus lactucae simillima est: candidior latiore folio ꝙ̄ syluestris: caule crassiori cui floꝝ caliculi ꝑ internodia ferme haereant (vt in pulegio solet) ab his internodijs ramusculi ꝓdeunt. Jn qbus ēt flores cerulei nascunt q ⁊ celerrie marcescūt: Haec cibis grata ē sapore fere lactuceo atqꝫ int hyberna olera deputat: siluestris do seris idest syluestris hortensis Jntybus medicacior: aestiuūqꝫ olus ē angustiori lōgioriqꝫ ꝯstat folio ꝙ̄ lactuca vel satiua seris color nigrior

Huic etiã caulis vnus: & qui in sublime ferat ramosq3 late spargat: atq3 ex ipsis ramis cauliculos Acedarijs non ingratos. Et ex ipsis geniculis vnde cauliculi prodeũt folia acutiora q̃3 quae a radice pficiscũt Flos vero ceruleus satiuae nõ absimilis: sapor ad amaritudinẽ vergẽs in quo quidez apertissime differũt. Cum & amaris intyba fibris Virgilius quoq3 pdiderit. Haec est laudata illa haerba cuius in medicina nostro aeuo frequẽs est vsus: quãq3 vulgus nũc mediciq3 omẽs endiuiam vocant: quasi paululum deflectens intybiam dixeris. Erratici quoq3 hoc est Aruensis silnestrisq3 Intybi duae sunt species. Vna quã ambubeiã Celsus & quidaz dixerũt. Vel eo dictã quod ad solez ambire videatur quasi Ambubeliã dixeris: (tam & si praue in plinianis codicib9 ambugia legat) Aegyptij Cichoriũ: & Torpenti grata palato Cichorea a Columella dicta: Siluestri Seridi similior amaraq3 est. Et ipsa notior q̃3 vt describi oporteat. Hanc quoniã magni in medicina vsus sit Ex graecis alij ab eximia vtilitate Chreston quidã Pancration quasi omnipotentẽ cognominarũt. Vulgus quoq3 p locoꝝ varietate Cichoreã Radiculũ: porcinũ grũniũ: sponsaz solis vocitãt. Et qm̃ ipsa Ceruleuz florem noctu claudat: solemq3 sequat a plerisq3 & medicis etiaz Heliotropiũ nõ modo dicta sed credita: Altera erratici aruensis Syluestrisq3 Intybi species Seridi similior Crispae ve lactucae (vñ & picẽtibus nomen) Amara quidem (nisi senescens nõ est. Caude folijsq3 interduz rubentib9 crispis: flore in pappuz desinẽte: Cuius folia radicesq3 coctae crudaeq3 edunt coenis grate. vnde & nomen Dipniodes Patauini lacticinũ Crispinũ picentes: nos Cicerbitam dicimus.

Quatuor haec Intybi genera Dioscoride Plinio Syluatico atq3 haerbarijs tradita (quãtuz potuim9 expressimus. Illud addẽdum videtur ne quid forte ex nomis varietate dubitatiõis subrepat Intybum apud multos Intubum scribi: eandem tamẽ haerbam significari. Sed graecũ illud. Y. psyllon: nos in. v. nostꝝ vertere interduz cõsueuimus: vt cum de Parthenio agerem9 a nobis dictũ est. Vtrũq3 igit taz intubus q̃3 intybus rectissime dicitur.

Est quae graeco noie Heliotropiũ3: latino solaris verrucariaq3 a quibusdam dicta est: vulgo girasolis: Ab radice statim ramosa assurgit: atq3 ab radice florere incipit. Huius quoq3 duo sunt genera Heliostrophiũ3 Tricoccũq3 Heliostrophio latiora q̃3 ocimo folia ad maluã fere

Endiuia
ambubeia
ambubelia
ambugia
cycoreũ
criston
pãcratiõ
Radiculũ
põcinũ grũniũ
spõsa solis
helyotropiũ
Dipniodes
lacticinũ
crispinũ
cicerbita
Helyotropiũ
solaris
verrucaria
gira al sol
helyostrophiũ
tricoccũ
scõpurro

vergentia: Flos maluaceus pendulus. Cognatiõe eteni quadam ista si/
milia sunt similiterq̄ mouētur: Heliotropiū ⁊ malua (quod Theophra
stus ait) atq̄ elegātissimus hortensiū vates: Et Malache prono seq̄r
quae vertice solem. Plinius quoq̄ cum tres colores purpureū referen
tes scribat: vnus inquit in Heliotropio est: ⁊ in aliquo ex his plerunq̄
saturatior. Alius in malua ad purpureū inclinās: alius in viola cōchy/
liorū vegetissima. Tricocco vero folia ocimi: flos candidus subrubens
incuruus scorpiurusq̄ ideo dictus: quod semē florē ve ferat scorpionis
caudae psimile: Ambobꝰ aeterna folia: perpetuo enim solaris viret (vt
Theophrastus inquit) Alioquin haud satis rusticis natura cōsuluisset
Si non toto anno illuz solis rotatū horarumq̄ circuitum nubilo etiam
die spectare possent. In quo ergo obsecro Intybaceū genus Heliotro
piumq̄ cōueniunt: vt falli potuerit Plinius qui ista descripsit: viresq̄
suas singulis assignauit: Intybis folia decidua: Heliotropio aeterna:
Flos illis ceruleus: huic rubens: Folia illis ad lactucaz pro portiōe re/
spōdentia: Huic ocimo similiora: Facultates viresq̄ diuersae. has quo/
q̄ Plinius vt notissimas scripsit. In quo ergo errauit: in eo (Nicola/
us inquit) quod Plinij. xx.º volumie ita scriptū inuenit. Heliotropiuz
noctu contrahit ceruleuz florem. Heliotropio vero non ceruleus sz ru/
bens flos est (vt diximus) Quid si ibi non ceruleuz sed purpureuz vel
puniceuz vel subrubentē scriptū esset: tum quadrarent omnia: tuz nihil
haberet Nicolaus quod obijceret. At que nam ista inhumanitas quae
imprudentia est Plinium nostrū inscitiae potius accusare q̄ librarios
erroris damnare: Si ea quae maiora potioraq̄ videnř. hoc est figuras
colores potestatesq̄ diuersas notissimaꝝ haerbarū tradidit Plinius.
Cur vno verbo eum lapsuz Leonicene putas qui tot verba congessit vt
duas ⁊ eas diuersas haerbas esse monstraret: Non sunt ista Nicolae:
non sunt hominis ista: non philosophi: quo plures grauissimi viri errores
(vt ipse inquis cumularenř: ea quoq̄ dispunxisse: in quibus erraste pli/
nium dicere tam sit nefas q̄ absurduz familiarissimas etiā rusticis haer
bas illum ignorasse.

Uide obsecro Nicolae qui te philosophum nuncupes quātum inter
sophistā ⁊ grauē bonūq̄ virum intersit: Atq̄ ipsum audi Augustinuz:
Augustinuz inq̄ non grāmaticae subtilitatis: nec graece vaniloquētiae
sed verae philosophiae professorem de se ita loquentez. Ego inquit his

Pentaphyto

scriptorũ libris qui iam canonici appellantur hunc timorem didici ho/noremq; referre: vt nullũ eorũ scribendo errasse audeam credere: Aut si aliquid in eis offendero quod veritati contrariũ videatur: Nihil ali/ud existimẽ q̃ mendosum esse codicem: vel non esse assequtuz interpre/tem quod dictũ est: vel me minime intellexisse non ambigam. Haec bo/nitas: haec veritas: haec philosophi hominis moderatio. Hos animos hanc mentẽ induere studiosos oportet: cum magnoꝝ viroꝝ libros bene q; de litteris meritoruz legunt. Tollenduz ergo abradendumq; Ceru/leum illud (quod subditiciũ esse nemo non intelligit) ꝛ puniceũ vel pur pureuz: vel subrubens inserenduz est: qualez paulo infra Plinius flo/rem supraq; designauerat. Et quoniã his quas supra diximꝰ ratõibus monstratuz satis est errare Pliniũ in re quã ipse manifestã fecisset non potuisse Mendosi codicis vitiũ vnius verbi abolitõe castiganduz est. Quod si ideo errasse Pliniuz Leonicenus putat ꝙ Ambubera quoq; solem ceruleo flore sequat: At hoc ꝛ Tithymali quartũ genus: ꝛ silue stre sesamũ vtrunq; Helioscopiũ e re ipsa dictum: ꝛ malua ꝛ lupinuz ꝛ ꝛ lotus aegyptia faciũt haerbarũq; plurimae. Nec quod Heliotro/pium in cibis placere dixerit: ideo errasse Pliniũ putanduz est. Neq; enĩ video cur tãtus ille syderis amor impedimẽto sit: vt Heliotropium decoqui mãdiq; nõ possit. Sileãt ergo boni huiꝰ viri pclara cõmenta. Et q̃m ipe neq; Heliotropiũ haerbã cognoscit atq; ideo neq; decoctã gustauit vnq̃: Patiat obsecro ꝛ Pliniũ scribere ꝛ nos credere: quod heliotropiũ quoq; vt Intybus in cibis placere possit: si ipse nec ratõz vllam nec experimentũ quod obstet afferre potest.

De penthaphyllo.

Egregie defensum a nobis in Heliotropio Plinium negabit nemo quod vnius omnia inter turbantis verbi vitiũ: non Plinio sed codici vt par erat tribuimus. Nam ꝛ eodem argumento in quinq;folio vt ipse inquit excusare Pliniũ paratus fuerat Nicolaus: Nisi delicatus ni/mium exaactor: quod omnia ad numerum opinioni quam de Pentha/philo cõceperat nõ respõderẽt: satisffactũ sibi nõ putauit. Sz tã in Pli/nio excusando nũc primus ipse: q̃ in accusando (vt sp) errare visus est.

Quod in hoc de quo agimus quinq3folio perspicuũ faciaz. In hoc maxime errasse Pliniũ Leonicenus credidit ꝙ quinq3foliũ haerbã etiaz fraga ferre dixerit. Nam quae fraga fert haerba inquit: non quinis sed trinis constat folijs. Verũ triplici in errore versari Leonicenum ante omnia scire oportet. Primũ quidez ꝙ quinq3foliũ illam esse arbitratur quae ꝛ in hortis ꝛ agroꝝ limitibus tum semitis vijsq3 passim cõspicit: quae qdẽ vulgo ꝛ quinq3foliũ ꝛ pes coruinus dicit. Hanc enim eã quinq3 foliũ esse de qua veteres medici loquerent: affirmasse illum plerisq3 constat: cum de nostra hac defensione deq3 sua accusatione sermo forte incidisset. Auulsumq3 terra ramusculuz (naz ꝛ in horto res agebatur) ostendisse dixisseq3 illam quinq3foliũ esse in qua Plinius tam euidẽter errauerit. Deinde quod ꝑ imperitiam haerbam fraga ferre posse nullam credidit nisi eã quae trina folia hẽat q̃3q3 melius trifoliũ dici asseuerat. Et quã docti vulgusq3 fragariã haerbaz noscũt pariter ꝛ appellant. Tercio quod foliũ quid sit quo ve modo accipi oporteat. In salu berrimae haerbe descriptione parũ intellexisse visus est. Adde si placz ꝛ quartũ (quãdo ꝛ ipse minutissima quoq3 in Plinio carpat) ꝙ fructꝰ hos siue quinq3 folij siue trifolij non fraga (vt semꝑ Plinius ꝛ in suo Paelemone noster Maro) sed inscite fragra Leonicenus appellat. Nos cum Theophrasti mox dioscoridis. Postremo Plinij de quinq3 folio dicta excusserimus ꝛ verũ esse auctorẽ Pliniũ. ꝛ calumniatorem Leonicenuz ostendemus. Quinq3 folij siue quinq3 penne radix (libro ixº Theophrastus inquit) cum effodit rubra est. Inarescẽs vero nigrescit atq3 quadratur. Habet foliũ vitis sed pusilluz: ꝛ colore simile vitigneo est ꝛ augetur ꝛ desinit cum vite. Folia omnia quinq3 vnde ꝛ nomẽ. At. iiijº Dioscorides cum multa Penthaphylli nomina enumeret. Inter quae ꝛ Penthadactylon ꝛ Pseudoselinon ꝛ quinq3folium sunt. Ramos inquit fert tenues vnius palmi in quibus fructus: folia habet mẽtae similia quolibet in surculo quinq3 raro vero plura: in circulum sinuatim diuisa. Florem habet cum pallore subalbidum (Ita eni ochroleucon interpretari posse video) Radicem subruffam oblongaz Helleboro nigro crassiorẽ quae plurimũ in vsu est. Plinius vero. vº ꝛ. xxº Quinq3foliuz inquit nulli ignotuz. Cum etiaz fraga gignendo cõmendetur graeci vocant penthapeton siue Chamaeselinon siue pẽthaphyllon: Cum effoditur rubram habet radicem. Haec inarescens nigrescit

trifoliũ fragaria h[er]ba

quĩq3foliũ quinq3 pena

petapeto chameselinõ petaphylo

ꝛ angulosa fit: Nomen a numero folioꝝ habet ꝛ ipsa haerba incipit ꝛ desinit cuȝ vite. De penthaphyllo igit̄ hoc est quinq̄folio haec habentur. Nullus eni quod sciam his auctoribus vetustior illam pingit. Nā Galenus eius tantuȝ vires non figurā aperit.

Primū illud ex his satis constat vulgarem illam Leoniceni quinq̄foliuȝ non esse hanc de qua agimus: Naȝ ꝛ illi nec flos albidus nec in surculis fructus: nec radix rubra nec crassa: nec inarescens aut quadratur aut nigrescit: nec vitis egressum digressuȝq̄ sequit̄. Sed perpetuo viret. Haec si quis neget haerbae ipsius inspectione cōuincitur. Sed ꝛ illud quoq̄ liquido constare arbitror cum Plinij auctoritate: tuȝ Dioscoridis pictura Penthaphyllon hanc nostraȝ fructū quoq̄ ferre: cum etiā Fraga gignēdo cōmendari illam scribat Plinius. Tū ramos vnius palmi tenues in quibus fructus sint habere illam Dioscorides referat. Foliū vero non esse quale Leonicenus arbitratus est ex omniū descriptōibus intueri licet: Nam Theophrastus foliū habere illam viti simile prodidit. ꝛ folia omnia quinq̄: Dioscorides vero folia habere illam sinuatim falcatimve diuisa quolibet in surculo quinq̄. Tum in nōibus Penthadactylon illaȝ vocat quo nomine ꝛ Cici quoq̄ siue syluestre sesamū cognoīatur cuiꝰ foliuȝ palam est viti similimū esse: Tum pseudoselinon quod falsuȝ apiū dici pōt. Plinius vero Chamaeselinon quasi humile apiuȝ: eadem vterq̄ ratōe cognomināt quod ꝛ apium viti simile quiddaȝ habere videat̄ ꝛ folia ad hūc quoq̄ moduȝ sinuata: a quoꝝ deinceps numero quinq̄foliuȝ ꝛ quinq̄pēna dicta est. Quae cum ita sint: ideo qnq̄foliuȝ dicta est quod huiusmōi integra folia quinq̄ ab radice emittit: Nec foliusculis quinq̄ (vt quam pedem coruinū vocari supra diximus) aut vulgaris Leoniceni penthaphyllū distincta: sed porrectioribꝰ qnq̄ (vt ita dixeriȝ) angulis ad vitis apijq̄ similitudinē in hunc ferme moduȝ effigiata est. Haec ꝛ Penthaphyllon illa est quae Dioscoride auctore fructus edit: quae Fraga a Plinio appellant̄: Cuius eximiae a Dioscoride vires Plinioq̄ tra



pētadactilo
cici
siluestre sesamū
pseudoselino

dunt: quae in theriace compositõibus addit: quae purgãdis domib⁹ adhibet: Cui⁹ radicẽ plurimũ in vsu esse Dioscorides dixit: Quae si Leonicenus nr̃ acriorib⁹ oculis inspexisset: nec vilissimã haerbã cui⁹ in medicina nullus vsus esset ꝓ vtilissima ⁊ celeberrima demõstrasset: nec intẽpestiue adeo in Pliniũ adlatrasset. Haerba ṽo illa q̃ distincta tria folia hꝫ: quãq̃ in italie mõtosis plurimã ⁊ coenobioꝝ hortis sati/uaꝫ passim fraga ferre videm⁹ suũ nomẽ hꝫ: ⁊ fragaria ab haerbarijs a Plinio fraga dicit. Nec ṽisimile cuiq̃ fuerit hoc loco quinqꝫfolium tot appellatõib⁹ tot ẽt signis demõstrare voluisse si fragariã intellexis/set haerbã quae vulgaris est: ⁊ quã ipse fraga in supiorib⁹ appellasset. Atqꝫ iõ nõ simpliciť qnqꝫfoliũ fraga ferre dixit: sed copulae hui⁹ etiã .s. adiectõe descripsit: Cũ cõmendari illã etiã fraga gignẽdo dixerit: Neqꝫ eni etiã augentẽ copulaꝫ addidisset: nisi ⁊ aliã esse haerbã quae fraga ferret agnouisset: vt quã ipse priorib⁹ voluminib⁹ indicasset: his illud adijciendũ videt (vt minus mirũ sit qnqꝫfoliũ quoqꝫ fraga fer/re posse) Fragariã illaꝫ: nr̃e huic penthaphyllo de qua agimus ꝓpor/tõe quadaꝫ simileꝫ adeo esse: vt eiusdeꝫ generis cũ ipsa esse videatur. Nam ⁊ ipsaꝫ haec cõmentãtes obseruauim⁹) Radicẽ subruffam hr̃e ⁊ digito saepe crassiorẽ ⁊ senescentẽ nigrescere: tum non nisi ramuscu/los quinqꝫ ab radice emittere: raroqꝫ plures: in quibus trina illa foli/uscula diuidantur.

Duas ergo haerbas esse dicimus: vnã quae fraga aut certe fragis similes fruct⁹ edat: quae Pentaphyllon ⁊ quinqꝫfoliũ Dioscoridi pli/nioqꝫ vocetur quae qꝫ ad medicos vsus eximia sit: Alteraꝫ quae vul/garis est ⁊ fraga ferat: nulloqꝫ alio q̃ fructus ipsius noie designet: cu/ius. xv° primi ⁊ vigesimi voluminis capite Plinius meminit. Quod si me interroges quid nam hodie quinqꝫfoliuꝫ hanc esse putem: quaꝫ ve eius appellationẽ credam. Dicã quid vestigans inueneriꝫ: Atqꝫ vt ni hil vnquã decernẽs: Sic nihil reticens quod studiosoꝝ ingenia ad ve ritatis inquisitõem mouere excitareqꝫ possit. Est Venetijs in eo vico quẽ speciariũ vocant: seplasiarij cuiusdaꝫ non ignobilis taberna cui ꝓ titulo insigniqꝫ sit aethiopis caput. In ea liber est haerbari⁹ tãta ar/te ac diligentia pictus: vt natas paginis illis suis haerbas non effigia tas credas: in eo pictã vidimus ijsdem prorsus quae hic diximus sig/nis haerbã: folijs quinqꝫ: quae ⁊ ipsa quinqꝫ (vt pinximus porrectio/res augulos sinuatosqꝫ haberẽt: sed ⁊ fructus quos fraga dicas: tum

adarchia

tum ad ipsaz haerbã latinũ nomẽ Sanicula: germanicũ sanichel scrip tuz est. Citãturq inibi de sanicula hac scribẽtes. In Dinamidijs ga lenus. & Petrus hyspanus is qui postea summũ põtificatũ gessit. Et Johãnes vigesim⁹ primus nũcupatus eum de medicina librum scripsit qui pauperũ thesaurus inscribit: tuz Ceruiẽsiepus qdaz: & Lauden sis Matheus: & Gilbert⁹ Anglic⁹ Chirurgi: Ea sanicula Pẽtha phyllũ ne sit cur affirmem nõ habeo. Cur negẽ nõ video: Haec habui de Penthaphyllo Fragis sanicula q̃ dicerẽ p quaefateri opõtere cen seã nõ errasse Pliniũ: sed iucũdissime haerbae nomẽ ptãteq docuisse

De Adarca.

Similis quoq indiligentia trausuersuz hoiez rapuit duz errasse in adarcae descriptõe Pliniũ calũniatus est: Neq eni esse aliud adar caz credidit q̃ quod in suo Dioscoride legerat: qppe qui vni⁹ ad dict⁹ iurare in vba magistri: qcqd oculis primũ offert arripit: Interrogo te Nicolae: qm̃ Dioscoride auctore Adarca siue Salsilaginis siue spu mae cuiusdam spẽs est. Nõne & eodem Adarcae noie harũdinis ge nus esse põt: Nõ credo inquies qm̃ Triũuiri isti mei de vna tm̃ ad arca loquti sunt. At si Plini⁹ & harundinẽ & spumã ẽe dixisset adarcã Nuz putares hõi credenduz & eruditissiõ: Quid haeres: quid subsu stis: Agnosce tãdez q̃so tuã istã in euoluẽdo Plinio librãdisq scrip tis indiligentiã: qui nec adarcae vocabulũ latinũ putes: cũ adarcen p nũcies. Audi Pliniuz plus aliqd de adarca q̃ Dioscorides suiq illi adseclae differentẽ. Est & in Italia (xvi. volumie inqt) Nascẽs adar ca noie palustris: ex cortice tantũ sub ipsa coma vtilissima dentib⁹. qm̃ vis eadez est quae sinapi. Tum. xx. volumie de eadem harũdine vba faciens: Sinapis inqt naturã eosdemq effect⁹ hẽ tradit adarca iter siluas tacta cortice pleniore sub ipsa coma nascẽs: At. xvi. primi & tri gesimi volumis capite: Inter aquatilia inquit dici dz: & Calamochn⁹ latie adarca appellata: nascit circa harũdines tenuis spuma aq̃ dulcis & marinae vbi sẽ miscẽt viz hz causticã: iõ acopis addit ptra pfrictio nũ vitia: Tollit & mulieꝝ lentigines in facie. An Dioscoridis adarcã ignorasse Plinius tibi videt: quã ideo latine adarcam dictaz non in erudite fortasse quis putet q ei harundinum generi facillime haereat quod adarca appellatur: Inciuile quiddam agis Nicolae (vel Julio celso auctore) qui nec tota quidem perspecta lege audeas iudicare.

calamochnus
adarca

Rubrica lemnia

Qui decimūsextū Plinij librū legeras primū ꝛ trigesimū quoqꝫ ꝛ totum legere debuisti: geminā eni adarcam esse vel sine Dioscoride didicisses: Unā scilicet quae harundo sit quae ex pleniore cortice qui sub coma est sinapis vim habeat atqꝫ vtilissima dentibus sit: Alterā quae salsilago spumaqꝫ sit: ꝛ(quod nec Dioscorides quidē docuit) Calamochnus graece dicatur: Adarcam quoqꝫ latinū nomē esse: Neqꝫ ideo non latinū nomen esse quod a graeco hoie Dioscoride scriptum sit: cum italicas appellatōes graecū hominē scribere: Et necessarium quandoqꝫ sit ꝛ nouū non sit. De summi ergo viri Plinij in adarca iudicio non ante iudiciū ferre debuisti. q̄ꝫ de teipso deqꝫ tua in legendo Plinio diligentia cogitare.

De Rubrica lemnia.

De natiuis coloribus agens Plinius: Natiuam esse Sinopiden quae Rubrica esset edocuit: optimāqꝫ eam esse in Lemno insula: Tuz tres Sinopidis species expressit: Rubram: minus rubentem: mediaz: ijs ꝛ pictoriū pariter ꝛ medicū addens vsum: Tū palmā lemniae dat ei q̄ signata vaenūdaẜ: Sphragisqꝫ ex eo cognoiaẜ: atqꝫ i medicia p̄clara hr̄: Haec Plinius sua illa inimitabili breuitate percurrēs: ac veluti rerū dicendarū multitudine pressus reliquoꝝ coloꝝ genera rōnesqꝫ persequiẜ. Posterior Plinio Galenus medicus hoc agens (vt qui tantis occupatus non esset) longā exorsus fabulaz vt lemnuz insulam terrae sphragidos gratia venisse se diceret. Itinerarium conscribit: ꝛ coelesyraz palaestinā Cyprūqꝫ quōdaz lustratas: tuz Thraciā Thessalonicāqꝫ enarrat: Et Myrinā Lemni ciuitatē ad occasuz sitam in cassuz venisse se: Sed ꝓperāte Nauclerio tuz quidem Lemno soluisse Italiamqꝫ petisse: Roma vero redeuntē peragrasse Macedoniaz se Philipposqꝫ cōmemorat: ꝛ Thasuz insulam primū mox Lemnum appulisse: Inde in Ephestiā vrbem ad orientalem insulae plagā positam venisse: atqꝫ inibi omnē terrae Lemniae ratōez didicisse: Haec est Galeni tandez de Lemnia terra elegās historia. Hic Nicolaus noster frigidissima quaedaz suo more cōminisciẜ: quasi iō errauerit Plinius: qꝛ Galenū qui tuz forte nec materno quidez vtero prodierat nō imitatus est: neqꝫ aliud ex Nicolai tandem verbis hoc in loco colligitur. Sed in quo errauit Plinius obsecro? An qꝛ non vt Galenus fabulatus est? Ast hunc Romanae grauitatis hominē esse diximus nili

galenus posterior plynio

bus retum occupatum nec potuisse tum quidem cum Galeno nauiga/
re. Immo vero quinto ꝛ vigesimo volumine cum de terrae generibus
scripturus esset: Singula inquit a graecis plurimis voluminibus tra/
ctata sunt. Nos in his breuitatē sequemur vtilem: nihil necessarium
aut naturale omittētes: An ideo errauit quia non terraꝫ lemniaꝫ: sed
sinopida vel rubricam appellauit: At ea terra rubra est: ꝛ illaꝫ Vitru
uius. vij°. rubricā nomiauit: Cuꝫ Sinopiden ipsam coloresq̨ natiuos
omnes: ꝛ e terra nasci ꝛ terrae esse genera Plinius multo ante ꝑdixe/
rat. An quia lauādae eius terrae pastillorūq̨ conficiendorū rationeꝫ
cum de ipsa ageret non (vt Galenus) edocuit: Sed. v°. ꝛ. xxx°. volu
mine breuius multo Galeno aptiusq̨ descripsit. An quia Galeno ter
ram lemniā appellare illam visum est non rubricā. Plinius vero solo
rubricae m[illegible]ie vel Sinopidis vsus est: Sed sicut de Galeni lōge po/
sterioris appellatōibus Plinius diuinare nō potuit: Ita Galeni quo
q̨ auctoritate defendit. Qui. xj°. simpliciū de nōibus inquit vt semꝑ
diximus) certare non oportet: sed de rerū ipsaꝝ viribus disciplinaq̨
q̨ tractare: Caeteruꝫ nnn tres esse sinopidis species dixit Plinius:
Nuꝫ palmā lemniae dat quae signata vaenūdatur: Nun eius medici
nas aptissime docuit: atq̨ haec omnia multo ante Galenū: Nun sine
Galeno intelligere mortales vel ex hoc ipso Plinio potuissent: Esse
medicatū in lemno coloris vel terrae vel luti genꝰ aliqđ quo ꝛ picto/
res vti possent: ꝛ quod remedijs efficaciter adhiberetur: Quid Pli/
nio vel admirabilius vel salubrius Galenus Dioscoridesq̨ de terra
lemnia retulerūt: Quinam tandem error Plinij: Quaenam ista inso
lens Nicolai accusatio eruditorū omniū vocibus scriptisq̨ ferienda:
Plura in hoc dicturus non sum: Pliniū lege enarrationēq̨ Galeni
ꝛ calumniantē in his Leonicenū inuenies Dioscoridenq̨ mendacem
Cui nec Galenus quoq̨ eius ante laudator falsa dicenti pepercit:
Irrisuꝫ enim se a peritis in Ephestia inquit quod Caprinū sanguinē
terrae Sphragidi misceri ex Dioscoridis lectiōe crediderit. Haec est
illa de qua ante loquuti sumus vanitas. Verte in Dioscoriden tuum
tela Nicolae: qui in librorū suorū inicio testatus est: non se illa quae
in his scribit ex aliorum vanis opinionibus didicisse. sed visu experi/
mentoq̨ vel concordi scriptorum narratione comperta habuisse. Ubi
ergo caprinuꝫ sanguinem lemniae terrae misceri Dioscorides vidit:

Cyssos cystos Lada

galeni q̄d ya [?] scoridem

Irrisere lemnij Galenū Dioscoridis auctoritate de caprino sanguine interrogantē: Quāq̄ʒ (vt hoc quoqʒ obiter notemus) non recte in coriandro loqutū Dioscoriden septimo simpliciū Galenus arguit: ne semel tantū aberrasse Dioscoriden putes.

Non haec a Plinio Nicolae legisti q parce modesteqʒ de scipso p̄dicans: quae vana supraqʒ fidem sunt obiter vel notat vel reijcit vel in his auctorū fidem appellat: Tum audita ab se tum lecta tum visa diligenter ac summa cum fide distinguit. Quae dubia scriptorū varietas facit: ea legentiū iudicio examināda relinquit: Ab se vero ignorata generose fatetur: vt plane intelligere possis Pliniū Romanū hominem grauissimū scriptorē: naturae ꝛ artis miracula referenteʒ Solo Dioscoridis: ꝛ quādoqʒ etiam errantis iudicio multoqʒ minus tuo taxandum carpendumqʒ non esse.

De Cisso. Cistho. Lada.

Propter Cissuʒ Cisthuʒqʒ orta est (vt ille inquit) tempestas ista: Nec vlla fere est taberna: quae Leoniceno isto suo cum Dioscoride exultante: nō cissum cistumqʒ personet: nullae scholasticoꝝ aures quas sua cū cistho cissoqʒ non obtuderit: atqʒ ad fastidiū satietatēqʒ pduxerit: Cui non satis fuit a Politiano nostro tuʒ egregie defensum in his Pliniū: Tum se amice prudenterqʒ cōmonitū: Sed rursus (vt q deterior si corrigis fiat) non modo priorib⁹ calumnijs incubuit: sed in maiores quoqʒ ineptias incidit: ꝛ crimina in Pliniū molitus est: edito ēt ab se libello: in quo nō falsa modo: sʒ inscitiae ꝛ temeritatis plena cuncta congessit. Cuiusuis homis est errare (inquit Cicero) nullius nisi insipientis in errore pseuerare. Leonicen⁹ vero in errore illo suo quē probe Politianus castigauerat vsqʒ adeo perstitit: vt illud dicere ausus sit: Nesciuisse Pliniū cissum a cistho distinguere: pluribusqʒ argumentis demonstraturū se pollicet̃ q̄ʒ in dictatis prius fecerit: Tum libelluʒ illuʒ suū Plinij errorū titulo insigniuit. Nos igit̃ nihil Politiano aduersati qui grauiter diserteqʒ (vt est Herculeo robore) p cisso respondit ꝛ cistho: leuiori (vt opinor) via: ꝛ quae patronuʒ bonā causam tuentē deceat: de his in hunc moduʒ verba faciemus.

Iaʒ illud primū omniū satis cōstat cissi cisthiqʒ differētias nō ignorasse Pliniū. qui. xvj° volumie cissi idest hederae viginti genera luculentissime descripsit. quarto vero ꝛ vigesimo cisthi duo tantuʒ genera

ꝛ vtroq̄ in loco. ita cissum a cistho discreuit: magnitudine folijs flore natura vt nulla ipsas cognatõe praeterq̄ nominis vicinitate teneri dixerit: Haec quae diximus qui vtrisq̄ in locis Pliniū leget: facile intelliget in hoc non errasse: Quod vero in marē foeminā q̄ cissum distinxerit: q̄m cõmunis ea sit primaq̄ inter siluestriū plantaꝝ differentias Mas scilicet ꝛ femina (vt Plini⁹ ꝛ de historia plantaꝝ p̄rio Theophrastus affirmat) Jam ꝛ hic palam est nec in hoc quidē errasse Pliniū: vtq̄ obiter nõuidisse nicolaū Theophrasti libros intelligas: q. vj.° volumie cissum quoq̄ in marē ac foeminā diuidit. Sꝫ qua frõte Pliniū: negat ꝛ Theophrastū. Floriſ quoq̄ differētias in hederis hoc est cisso Pliniū posuisse: quis nisi Leonicenus vitio dabit: An q̄ꝛ flores hedera non habet: At hederas florere passim videm⁹: ꝛ plantarū primo Theophrastus scribit: An q̄ꝛ florem similē esse dixit Siluestri rosae: Ast hui⁹ florificae differentiae e re ipsa fidem sumere licet. Et eodē. vj.° volumie Theophrastus non alij magis plantae vtriusq̄ hederae flores similes esse dixit q̄ siluestri rosae q̄uis minores ꝛ mari quoq̄ hederae florē ad purpurā inclinatū: sed ꝛ siluestri rosae similē esse hederae florē nõ incõgrue dictū ē: color albēs figura lanugo foliusculorū quoq̄ nūerus ꝯueniūt: magnitudo dispar: tuꝫ maris flos ad purpurā accedens: Sed tales esse flores cistho Nicola⁹ asseuerat: atq̄ iō deceptū in cistho ꝛ cisso Pliniū clamitat: imo ꝟo contra: Nā (vt Politianus quoq̄ bellissime notauit) hederae flos cõcolor vtriq̄ enim albens: sed mari in purpurā vergēs: cistho ꝟo discolor: mari siquidē rosaceus: Quod si nec politiano q̄dē credenduꝫ Leõicen⁹ putauit: At suū Dioscoriden diligētius inspicere debuit: qui mari q̄dē cistho mali punici florē (quo nullus rubētior) foemiae ꝟo albiduꝫ pinxit: ſꝫ tā sine oculis taꝫ sine mēte in Pliniū ferť: vt nec Piniuꝫ intellexisse: nec Dioscoriden aut Theophrastū quidē legisse videať. Jn tāta ergo viginti geneꝝ hederae differētia: ꝛ duoꝝ cisthi tā graphice a Plinio descripta: in notissimae plātae passimq̄ nascētis hederae flore: Quis (nisi errans) errare Plinium potuisse iudicabit: aut tanto auctore Theophrasto desipuisse:

Sꝫ ꝛ i eo quoq̄ iō errasse Pliniū Leõicen⁹ affirmat: q̄ p⁹ hederarū remedia. xiiij.° ꝛ. xx.° li.° ꝺ cistho loq̄ns dicat: sub his nasciť maxie hipocisthis: videť inq̄t Nicola⁹ credidisse pliniū sub hederis quoq̄ hypocisthidē q̄nq̄ nasci. nihil. n. aliꝺ inq̄t p̄ticl'a illa maxie significare v̄ř

Vide obsecro quas minutias Leonicenus(vt Plinium taxet inqui/
rat: quibus in rebus vrgeat qui se pro salute hominuz differere testa/
tus est: Post Cissi remedia graeci inquit Plinius vicino vocabulo
cisthum appellant fruticem maiorem Thymo: folijs ocimi. Sub hijs
Cisthi generibus nascitur maxime Hypocisthis. Hic Nicolaus inqt.
Quia maxime dixit Plinius: sub Cissi quoqz generibus de qbus pau
lo supra dixerat: Innuit hypocisthiden nasci. Innuit(inquit)Plini
us: Et quia innuit: errat: hoc est vnū accusationis caput. Audiant
obsecro studiosi omnes: Audiant vere calumniantis hominis insci/
tiam: audiant iniquitatē: Nusquā Plinius: nec medicorū aut haerba
riorū quisquā sub hederis nasci hypocisthiden dixit: ergo innuentem
hoc non dicentem Pliniū damnabimus: Aut facta(Claudius veno
ces iurisconsultus inquit)aut dicta: aut scripta: aut cōsilia legibus pu/
niūtur: In Plinio nil horū: sed cogitationez τ nutum: immo nec ista
quidem: sed quem Nicolaus opinatus est in Plinio conceptuz anim/
aduersione dignū iudicabimus: Unde ista philosophe qua ex schola
promuntur: Non inquit Plinius sub cisthbo maxime nascitur Hy/
pocisthis: Sed sic: Sub cisthbo nascit maxie Hypocisthis: Ita sincer⁹
habet codex nō quē Leonicenus praue legit: Atqz ideo ita intelligen/
dus est locus ille: quae maxie Hypocisthis dicitur ea sub Cisthi ge/
neribus nascit: Hoc transposita illa particula maxime scilicet infert.
Neqz maxie p̄cedentia sp implicat includit ve(qđ cū vulgo Leonice
n⁹ opinat)Sz id interdū designat: quod soluz: tantū: duntaxatqz sig
nificāt. Quasi maxie id sit: idqz fieri dicat quod soli illi de quo dicit
cōpetit. Sicut τ maximū dicim⁹ quod vni soli tribuim⁹. Atqz hoc p̄ser
tiz verz est: si absurduz quidpiā: aut ambiguū falsuzve sequi necessariū
esset: Si per maxie particulaz quae iam dicta essent includerent: Sic
eruditiores grāmatici iurisconsultiqz de maxime aduerbio disputare
solent. Hoc est quod Plinius latine expressit: Sub his Cisthi generi
bus nascitur maxime Hypocisthis: Ne quis forte vel sub Cisso hoc ē
hedera: vel sub ladanifera Cisthbo nasci illaz crederet quā aliđ esse Ci
sthi genus non ignorabat: Sz τ alioquin absurdissimū prorsus seqret
si hypocisthidis nomen quod quasi subcisthium sonat(vt. vj°. τ. xx°.
scribit Plini⁹) alij plantae q̄z huic Cisthbo cōueniret: τ quod nullus
vnquā scripsit id Plinius tacite intelligi voluisset.

q legib⁹ puniat

Maxime.
Maximū

Jn eo quoqȝ praue legit Leonicenus Pliniuȝ: dum inter hederas mentōeȝ de Cistho factā credidit: ex eo quod libro .iiij°. ꝛ.xx°. ita scriptum videat. Sub his cisthi generibus nascitur maxime hipocisthis quā inter haerbas dicemus: Jta verus habet codex memorabilis viri Guarini Veronensis castigatus manu qui in Ferrariensis Cenobij quod ad Angelos vocant Bibliotheca seruat: Leonicenus vero (q̄d impressi omēs habēt codices) sic legit: quam inter hederas diximus: quod quideȝ menduȝ esse bifariaȝ constat. Naȝ de Cistho inter hederas nusq̄ȝ dixit: ꝛ de Hipocisthide inter haerbas (vt pollicitus est, vj°. ꝛ.xx°. libro scripsit: Taȝ ꝛ si locū hunc quoqȝ Politianus noster qua est ingenij praestātia vere latineqȝ defendit: Cum in sua ad Leonicenuȝ epistola interpungi oportere locuȝ illuȝ ostēdit: vt scilicet post verba illa: sub his nascitur maxime hipocisthis: Moraȝ punctūqȝ adhibeat: tuȝ sequētia verba: scilicet: quā inter hederas diximus: nō ad hipocisthiden: sed ad Cisson Erithranon quae sequūtur: Et ꝺ qua Erithrano inter hederas vere dixerat referri oportere nō insubtiliter cēsuit: (insubtilit) Si igit vitiosi sunt qui nūc impressi circūferunt libri: vetusti ꝛ manuscripti codicis ꝛ viri sine vlla dubitatōe doctissimi Guarini Veronensis testimōio probe a nobis defensus est Plinius. Aut si nec vitiosi quideȝ sunt: Politiani ingeniū non erudite minus q̄ȝ elegāter ab omni Leoniceni calumnia Plinium vindicauit.

Vrget subinde Nicola' Pliniū inexpugnabili (vt ipe putat) argumēto: q' p cistho cissuȝ nōis vicinitate decept' acceperit: dum .s. libro (16) xij°. ladanū a pastu hederae barbis hircoꝝ scripsit haerescere: qm̄ nō a cisso hoc ē hedera: sed a cistho ꝛ lada id odoramēti gen' legat: pluribusqȝ ista q̄ȝ satis sit verbis exequit: suosqȝ illos (vt solet) vnius verbi triūviros citat. Ego ꝺo Dioscoriden legēs in p'io de cistho loquentē ꝛ Galeni quoqȝ simpliciuȝ pharmacoꝝ septimū: vtrūqȝ aiaduerti ambabus de istis plātis cistho .s. quā ꝛ cissaron hoc ē minutā hederā vocāt: (cyssos / cyssaros / Minuta hedera) ꝛ lada quā ēt cisthon simplicit dicūt vno ꝓpe ꝯtextu verba facere Quin ꝛ Galenū quoqȝ post duas cisthoscissuȝ ꝯtinuo subijecisse. Jpȝ quoqȝ Pliniū .iiij°. ꝛ.xx°. post Cissi remedia cisthuȝ subdidisse. Tum vj°. ꝛ.xx°. post ladani facultates ladaeqȝ herbae mētōeȝ de hipocisthide ꝟba fecisse: Jtaqȝ vident hi oēs diuersas oio plantas simul designasse: pariterqȝ illas cognatōne quadaȝ similes tradidisse: Cogitatio

subit nulla magis ratiõe permotos q̃ quod nomie:solo:ladaniferaq̃
potestate (vt est clemẽs rosiduzq; insulae Cypri caeluz vicinae essent
pariter quoq; cõmemorasse: Quin & Dioscorides ipse & ladaniferam
cisthum: & eã quae hypocistiden ferat (quae & Cissaros & Cistharos
quoq; dicat) eiusdez generis fecisse videt. Qua quidez rõe pmotus
Sipuntin' qui cornu copiae scripsit: queq; Leonicen' iniqssime repre
hendit: quosdaz ait inter hedera genera cisthum cõnumerasse quippe
quã Galenus & Plini' (vt diximus) cũ hederis scribãt: & a cistho vn
de hypocisthis fiat. Ladam seu ladaniferã cistibuz diuersaz faciãt: tuz
cistho cissari (quod quasi hederulam significat) Dioscorides & Ga/
lenus adijciant cognomentũ: Quãobrem nõ absurde fortasse qs cre/
didit tribus illis plantis odorificũ illud pingue insidere posse quod ca
prinis villis haeresceret: magis vero in Lada vnde & pingui nomen.
Atq; ideo forte .xii°. volumie dixisse Pliniũ Hederae flore deroso pa
stibus matutinis cum est rorulenta cypros herescere barbis hircoruz
oesipum illud quod ladanũ dicitur. neq; eni tã ladae haerbae succũ il
lud esse crediderũt q̃ celestẽ rorem haerbis illis insidentẽ quem tam
cissus q̃ lada cisthusue excipere quoq; possent.

Sedmelius multo certiusq; defendit Plinius qñ nec hanc qdem
d hedera opinionẽ firmãs: imo vt apparet improbãs: Esse alios inqt
qui ladaz appellent haerbã cui pingue illud insideat: Colligendiq; fa/
cticij ladani rõez docet. Tuz .vi°. & .xx°. volumie nihil haesitans ladã
haerbã in Cypro esse cõfirmat. Ex qua ladanum fiat & ladani vires
enumerat vt eum non aliud credidisse sit certum: In quo ergo errasse
Pliniũ dices: Cissum idest hederã agnouit: Cissum a cistho discreuit
Hypocisthiden vnde fieret expressit: ladam cypriam haerbam esse ex
qua ladanũ fieret nõ dubitauit: Quod autẽ hederae flore deroso de/
pecteretur ladanũ: ex alioꝝ sentẽtia non sua prodidit: cum eodez loco
bis repetat recentiores hoc tradere: ne suã esse sententiã putaret quis/
quã cũ mox aliã verãq; de lada platur' ẽet. Uides vt suisvirib' nixa
ṽitas seipam pbe defendat: vt ab errore Plinius sinceriter loquens
vindicetur: Non oportet (inquit iuriscõsultus Paulus) verba capta
re: sed qua mente quid dicat animaduertere: Sic & Aristoteles dicen
di causaz quaerere oportz ait: & quo praeterea modo se habz in credẽ
do qui dicit Utrũ humano: an ita vt asserat atq; persistat: Cuz ex tot
plantis igitur ladanũ fieri in Arabia & Nabathaeis Plini' scripse/

ladanifera cistos
hypocistifera
cistos

oesipu

error

lada

rit: Tum recentiores tradere quod Ladanuz in Cypro fiat hederae flore deroso: Tum alios esse qui ex Lada baerba: hancqꝫ tandeꝫ sen tentiam postremo constãtissime teneat: Quis nisi inhuman⁹ inexperi/ ens iniquus erroris Pliniũ insimulabit? Quis nisi parum pensitans Leonicenus qui non errasse Pliniuz modo: sed caecum etiam in hoc fuisse imprudenter insinuat? Quis Sipuntiuũ (vt Nicolaus) accusa bit? virum bene de litteraria republica meritũ: Cuius labores vniuer/ sa iam legit italia. Quia quosdam numerasse inter hederae genera Ci sthum scribit? quasi grande sit vitium in tractandis rerum generibus plurimorũ opiniones sententiasqꝫ referre: neqꝫ idipsum in omni disci plinarũ genere diligentissimus quisqꝫ factitauerit. Ac nõ cuiusuis hy/ storiae fides pariter ꝛ ratõ iubeant omnia quae vbiqꝫ tractantur in le gentium notionem adduci:

Sed ne quid telorũ praeterea relinquat quod in Pliniuz si potest non congerat. Hoc quoqꝫ argumento errasse Pliniũ molitur ostende re quod erodi a capris Cypriam hederaz dixit: Sed vide obsecro (quod saepe monuim⁹) vt calumniã suã Nicolaus in accusando Pli nio prorsus penitusqꝫ denudet. Platonem legimus in Oratoribus ir ridendis oratorem ipsum summũ apparuisse: Contra Nicolaus in ac cusando Plinio accusatõe dignissimus ipse: tuz indiligens maliuolus qꝫ visus est: Quo pacto inquit Cypriae caprae hederam rodere pos/ sunt: Cum Cyprus ad Asiam pertineat. In asia vero Hedera nõ na scitur. Atqꝫ ideo frustra ab Harpalo satam in Asia hederaz. ipse quo qꝫ Plinius refert: hoc Nicolai argumentuz est. Dic obsecro Leoni/ cene: age atqꝫ amice responde. Cur tota ista tua accusatione: aut Pli nii verba non discutis: aut subtices: aut inuertis: aut iungis: aut muti/ las? quod ex plerisqꝫ nostrae huius defensionis capitibus videre li/ cet? In Medis scribit Plinius Frustra seuisse Harpalum non in Asia (vt tu Plinij verborum peruersor scribis) Ergo non de ea quae proprie Asia dicitur (quippe in qua Media non sit) intellexit Plinius: sed de ea quam terciam totius habitati orbis partem dici/ mus: Huic (vt opinor) Cyprum deputas. Nam ab ea quae proprie Asia dicitur longo distat interuallo. Nulli eni prouĩciae Cyprũs ad iacet sed mari omni ex pte circũflua cuz sit ꝛ propriã ipsaz prouinciaz geographi faciant. Pamphiliae ꝛ Ciliciae ad aquilonem oc/ casumqꝫ opponitur. Ad meridiem atqꝫ ortum Aegypto ꝛ Syriae.

Tercia ergo orbis pars hedera caret? Ita inquis. Sed nonne ex India & Nero mōte Liber pater & Alexander coronati hedera redierunt? Nonne in sacris litteris legisti factum in Assyria Jonae prophetae ex Hedera vmbraculum? Et quod tacitus Diurnalium primo & vigesimo scribit: Judaeorū sacerdotes qui Tibia tympanisq; cōcinerent hedera vinciri solitos: vt intelligas neq; hoc perpetuo verum esse: in Asia hederam non nasci: Cum & India & Assyria & Judea illam ferant: quae Asiaticae quidem sunt prouinciae. Sed ad rez redeo. In Asia inquis Hedera non nascitur. Sit id aliqua ex parte verum: Et Cyprus ad Asiam pertinet: Et hoc sit sane verum. Sed hoc quoq; verum est Leonicene quod parte superiore Syriae itinere a mari quinq; dierum hedera non nasci incipit. Haec est Theophrasti quarto de plantis sententia. Strabo quoq; trans Euphratem non nasci Hederam scribit: Cis Euphratem non negat. Syria ergo & citra Syriam quaecunq; sunt regiones (in quibus & Cyprus est) ferre hederam possunt.

Tolle ergo tua ista argumēta Leonicene atq; abi. Et quod collegisti de Plinio (vt dicis) iam abijce. Et haec mecum cumq; ipsa veritate colligere non pigeat. Sed prius quae ipse collegisti: & quae falsa esse docuimus: iam nunc aperiamus. Tua ista sunt verba.

Possum ergo (inquis) sic colligere. Hedera apud Pliniuz diuidit in marem ac foeminaz: vtriusq; flos similis rosae siluestri describitur. Eodem auctore in insula Cypro Hederae flore deroso ladanū hircoruz barbis adhaerescit: Sub hederis quoq; hypocisthiden nasci aliquando significatur. Haec autem omnia a nullo auctore excepto Plinio de hederis scribuntur: aut sensu ipso siue experientia comprobantur: hactenus tua verba. Nos ex his que supra diximus: & quae vera esse Pliniū Theophrastum Dioscoridenq; legentibus apparebunt: atq; ex Plinij sententia sic colligimus. Cissum: Cisthum: Ladam: diuersas esse plantas: Cissum marez foeminamq; esse. & flores Rosae siluestri similes habere: Theophrastus quoq; praeter Pliniuz scripsit: Sub sola Cistho Hypocisthiden nasci: & ex sola lada ladanauz depecti: Et haec quidem sincerus auctor Plinius prodidit Leonicenus vero nec Theophrastum legit: nec Plinium intellexit.

glastum ysatis radicula

De eo quod varietate nominū deceptū Pliniū easdē baer bas diuersas putasse criminat Leōicen⁹. Caput quartū.

Nunc ad ea respōdeamus oportet In quibus ideo errasse Pliniū Leonicenus asserit: q easdem baerbas ob nominū varietatē putauerit ēe diuersas. Ex eo (vt opinor) cōiectās q non aliū fuisse Pliniū arbitratus est q̄ qualem ipse sibi similem finxit. Nam boc vsu euenire (vt aiūt) solet quod ex nobis alios metiamur: De Isatide igit ⁊ glasto tum de radiculs atq alijs deinceps disseramus.

De Glasto isatide Radicula.

Mira est profecto Leoniceni buius nostri (boni alioquin viri in/ diligentia: qui non modo baerbaꝝ figuras potestatesq non discernit: sed nec Plinij ipsius quē accusat verba cōsiderat: sinceráve orationē vt scripta est refert. Suopte vero iudicio fertur ⁊ mēdosos satis vel im pressoꝝ vitio codices sua ipse lectione mēdosiores facit: dum qđ taxet inueniat: quod ⁊ in bis quoq de quibus nūc agimus baerbis ⁊ tota obiter defensione facile cognoscemus.

Glasto baerba quae plantagini similis sit britannorū foemīas cor pora oblinire aetbiopum colorem imitantes xxij.° volumine scribit Plinius. Nibil bic de vestib⁹ agit. Corpa inqt Plini⁹ non lanā aut vestes: qđ falso Nicola⁹ retulit. Bāc ideꝫ autumat eā esse quaꝫ Isati/ den graeci vocāt. Boc argumēto q Isatiden Dioscorides qua lanaꝝ infectores vtant a romāis gluttā vel glastū dici scripserit. Boc si qs neget: nibil bꝫ Nicola⁹ quo sentētiae suae vitatē cōprobet: Buius rei boc afferim⁹ argumentū qđ glasti vocabulo nō romāi vtunt: sed (au/ ctore Plinio) galli: Duos p̄terea Dioscoridis graecos codices legi m⁹: In nullo gluttae glastive nomē sub Isatide scriptū est. Sꝫ cū Isa tidis duo scribat Dioscoridis genera. vnū quo infectores vtant: alte/ rū qđ maedicinae tantū vsib⁹ sit efficax: qđ Agrestem Isatiden vocat Primū illud a romāis Rbutā vel alutā. secūduꝫ rbutā minorem vel alutā vocari asserit: illi simileꝫ quae infectrix sit. Ex duob⁹ eni codici b⁹ alter rbutaꝫ alter alutā bēbat: quāq̄ nos Dioscoridis codices sic castigare recte posse videmur: si nō gluttā vel glastū (qđ de suo Nico laus addidit) Neq rbutā vel alutā qđ nři bn̄t codices) sed luteam

Ysatis gluta glastū

Rbuta aluta

vel luteuz inseramus. Est eni Lutea (vt. iij°. τ. xxx°. Plinius) siue luteū (vt. vij°. vitruuius scribūt) haerba qua non minus Chrysocollā Ceruleū ve infici q̃ linū lanāq; tingi pdiderūt. Vn̄ illam infectiuam quoq; vitruuius nūcupat: Hactenus ergo non plinius: sz Leonicenus mihi errare videt: q Pliniū Dioscoridēq; vel pperā vel falso retulit.

Quatuor praeterea syluestris lactucae sunt genera. xx°. libro ingt Plini⁹: Caprina: Esopos: Isatis: Syluatica. Caprina necant pisces Esopos vlcerib⁹ medet: Isatis vulneribus prodest: Syluatica infectores pariter mediciq; vtunt: Quā hic obsecro admonitōz Nicola⁹ desiderat: Syluatica lactuca tingi lanas inquit Plini⁹. Primo Isatidis genere Dioscorides: Nō negat Plinius Syluaticā illam suam graecā Isatiden esse: An graecis adeo addictū Pliniū esse oportet: tantūve illis tribuimus: vt nisi de graecorū sanctuarijs promant: nec haerbas quidē describere: nec romanas appellatōes afferre romanus homo interduz possit: At designare inquit debuit Plinius hanc syluaticā glastū esse: Eiq; plantaginis folia ascribere quod in glasto. xxij libro factur⁹ erat: quod q; in hac Isatide Dioscorides fecerat. Unde ista obsecro admonitōis designatōisq; necessitas: Suas Isatides Dioscorides spōte nascētis lactucae genera nō facit: Tum eas vocabulo indiscretas scribit. Distinctius aliquāto Plini⁹ de his tradit: nam τ alterā hoc est eā quae Dioscoridi secūda est Isatiden vocat: Alterā idest Dioscoridis primā (quae τ ipsa Isatis a graecis dici pōt) Syluaticā nūcupat re cōueniūt: Appellatōes distinxit Plinius: admonere poti⁹ Dioscorides debuit suas Isatides syluestris lactucae esse genera: τ distincta illis noīa tribuere: in quo ergo errasse arguit Plini⁹: qui cū re a Dioscoride nō dissideat: vberius tamē de re ipa disseruit: Syluaticam praeterea Glastūq; nō vnā esse haerbā putauit Plinius vt admonitōe opus esset: Sed (vt apparet) diuersas: Jam τ hic non Plinij sed alter Leoniceni error ostendit. Qui Isatiden glastū esse putat: glastū vero nr̄i tpis guaduz. Vis hoc qd̄ dicim⁹ manu (vt aiūt) tangere: Cōmunia ingt Plini⁹ sponte nascētibus lactucis signa sunt: Candor Caulis saepe cubitalis thyrso τ folijs scabricia. Tum propria Syluaticae lactucae signa demonstrat: Similis est inquit Lapatho syluestri folijs nisi q plura hz τ nigriora. Glastū vo simile plā

tagini esse dicit. Si ergo syluaticā (siue Isatiden mauis dicere) Nicolaus putat glastū esse: aperte fallitur: glastū plantagini simile est: At plantagini. Nec caulis vnus: nec cubitalis: nec candidus : nec scabricies folijs: Si glastū ob id Syluaticū siue Isatiden credidit qđ guado quo nostri tpis infectores vtunť glasti vocabuluz similez sonū habere videať: nihil hoc absurdius. Guaduz eni (vt est videre plantagini simile non est: vt glastū dicif: Quippe plantago ipsa viridis subatra neruosa folijs acutior: nec caule vno: nec cādido: nec scabro. Guadum contra enerui folio candicante: Caule alto ⁊ siluestri lapatho : quam Rumicem vocamus psimile cuius folia betae candidae similia tradit Plinius de lapathi generibus. xx°. volumie scribens. Guadū praeterea Cyaneuz colorē lanis reddit: glastū vero atruz corporibus Plinio: ita vt aethiopicū Nigrorez referat: Ceruleū caesari : At vulgus inquit Nicolaus guaduz vocat quod paucis mutatis litteris facile e glasto transit. An nescis Nicolae (vt Anneus quoq3 inquit (pessimū esse vitatis interptem vulgus: Quod si a sono arguendū est: quo fictiliū quoq3 vasorū sinceritas exploraf: guadū ex eo vulgus nūcupat quod Cyaneū (vt diximꝰ) colorē lanis reddit: quasi Bladuz dixeris Eū eni colorē qui primꝰ candidis lanis a guado inditur vulgus Bladum vocat. vicinius vero multo est guado Bladi q̄ȝ Glasti vocabulū Quidnam igiť simile cū glasto hȝ guaduz: Non figura: non color: nō nomē: non potestas : Quarto vo lactuce syluestris generi hoc est syluaticae: seu primae Dioscoridis Isatidi: guadi signa oia prorsus cōueniūt: Ergo vt Isatiden illaz siue luteā siue luteū Dioscoridis plinijq3 syluaticā nr̄i tpis esse guadū dicimꝰ: Sic glastū nec Isatiden nec guadū ēe credimꝰ: vel certe guadū ne sit nō sine rōe dubitemꝰ. Eam vero transalpinā haerbā esse putamꝰ gallici nōis plātagini similez: Atrum colorē referentē qua barbari tingerenť : Cuiꝰ Caesar ⁊ Propertius meminere quo terribiliores hostibus viderentur : In eo vero non couuenire Plinium Dioscoridenq3 dicimus : quod Isatides duas Dioscorides non esse lactucae sponte nascentis species dixit : Tum quae Plinio tercia est lactuca : Non Isatiden in syluis nascentem : (vt Plinius) Sed Agrestem. Dioscorides cuncupauit. Postremo quod infectricem illam Isatiden quae Plinio in syluestris lactucae generibus quarta est : Dioscorides etiam Isatiden similiter

vt alteram vocat: & folijs arnoglosso compat:(quae & ipsa non simpliciter plantago est: sed minor plantaginis species vt ex ipso nomine v.° &.xx°. Plinius indicat folijs rumici certe similior): Plinius vero siluestri lapatho hoc est Rumici similem pingit: & syluaticā nūcupat: vt quae facultates diuersas sortitae essent: & noie quoq; differrēt: Ita quāq; in his non paria tradere videant: re tamē ipsa facultate q; conueniūt: Sed ita vt plenius quidam & eruditius in Plinio videre possis. Eos eniz scriptores tum Aristoteles eum iuriscōsulti maxime probare vident: qui in enarrādo ita describunt: ita partiūtur: ita dinumerant: vt omēs rei de qua agitur species & noia facile dignoscātur: Sz ne quid sciens praetereā quod rei de qua agimus lucez aliquā afferre possit quādo in luteae haerbae & guadi mentōem incidim⁹: Scio haerbaz esse qua bombycina & quae serica dicūtur inficiāt: Ea in Bononiensi satiua plurima nascitur caule singulari cubitali colore luteo minimis ab radice foliusculis: Cuius semina ad Bliti ferme speciem totum caulem occupent: Gualdaz infectores nūcupant: Aestiment volētes An hanc luteam illam siue infectiuam esse credendum sit: Atq; an gualdae vocabuluz guado vicinū admoneat: non esse a glasto guaduz (quod Leonicenus opinatus est) ductum: His ingenia ad vestigāduz excitamus: nihil decernimus: Refelli doceri corrigi sine contumacia patiemur: quod hic in plenū & tota defensione testamur.

Radicula vero quae a nostris dicit Eademq; lanaria. A graecis vero Struthion: & vulgo ostrutium nūcupatur. Quid obsecro cuz Glasto Isatide Syluatica cōmune habet auctore Plinio: Diuersissimae prorsus haerbae in quo cōueniūt: vt sese ab illis explicādis bonus iste vir Leonicenus velut in stupa pullicinus haerens sudare videatur: Radicula aculeatus suffrutex est: vt in.vj.° quoq; Theophrastus meminit: Caule ferulaceo lanuginoso oleae folijs flore pulchro inodoro: Struthion idest passerculus a graecis dictus: non Isatis: (vt tu sincere Plinianae lectionis euersor addubitas Nicolae) Radice magna quae non lanam tingit: Sed (vt.iiij° &.xx°. Plinius scribit) lanā tingentibus praeparat candorem molliciemq; afferens: Atq; adeo: vt lanas quae remedijs quibusdam adhibent: Radicula curari non oportere.ix°. &.xx.° scribat Plinius: Et oues quae tonsure praeparētur radice lanariae lauari iubeat Columella: Cui⁹ quidez radicis tā multae

atq; eximiae ade

Lutea
guadu glo

radicula
lanaria
Struthiu
obstruthiu

atqꝫ eximiae adeo in medicina vires: adeo remedijs efficax potentia: vt aureu poculum a medicis cognominata sit. Quid nam horũ vnquã Leoniceno in glasto Isatide syluatica in tuo guado legisti? Cur Plinium accusas: & tuo isto cũ Patauino Antistite torqueris Petro barocio? quẽ ego eruditũ hominẽ sanctũqꝫ virũ esse audio. Tu tuis istis ambagibus grauissimã illius inseris sententiã: quasi & ipse tecũ de his ambigat? Si Plinianos codices quos & tu mendosissimos fateris nõ excutis non compas non aestimas. Si nec Plinium eleganter latine vere dilucideqꝫ loquentẽ intelligis: Si te nominũ varietas implicat: Si te rerũ obruit multitudo: Cur Pliniũ erroris insimulas? Tingit glastum corpa non vestes (Tingit vestes Dioscoride auctore) Isatis: tingit lanas lactuca (Dioscoride auctore) syluatica. Ille plantaginis: lactucae: arnoglossi: lapathi speciem referunt: At radicula lanaꝫ non tingit nec corpora: acuminata est: Oleae & passerculorũ (vnde & nomẽ) facieꝫ praebet. In his ergo vbi ista quã deploras nominũ rerumqꝫ cõfusio? Nun tibi omnia bellissime (vt vides) Plinius explicuit. Tu cur teipsuꝫ non explicas? Tu cur nullo iudicio glastum tingere vestes ais auctore Plinio: quod nusquã scripsit? Cur Isatiden glastum a Romanis vocari Dioscoride auctore impudenter affirmas quod nusquã prodidit? Cur in radiculae descriptione libro. xix° non struthion: sed Isatiden posuisse Pliniũ addubitas: qui & alijs quoqꝫ in locis Struthion semp: isatiden vero posuit nunqꝫ? Cur nullo pbabili argumẽto: sed vano quodaꝫ vulgariqꝫ sono permotus nostri temporis guaduꝫ: glastum esse cõtendis? Tua ista interpretandi legẽdiqꝫ peruersitas: & scribendi in omẽs ambitio: Non Plinij candidissimi scriptoris diligentia pariter & elegantia in caligineꝫ cõfusionẽqꝫ pducunt. Quod vero nobis (vt facis) & Serapionẽ & Auicennã & Pandectarũ scriptorem obijcis praue (vt putas) de Isatide & radicula sentiẽtes. De his nihil est quod respondeã: illi viderint quos medicinae artis sciaꝫ pfessos in te vt arietent iã intentos patosqꝫ video. Verũ priusqꝫ Plinianae defensiõis quod reliquũ ẽ absoluam?: vel hoc vnũ breui oratione perstringere placuit: vt intelligas quo iudicio qꝫ indigne Nicolaus noster virum bene de se meritũ suo isto libello pulsauit: Pandectarũ scilicet scriptorẽ a quo tam multa de simplicibus medicamentis hausit: quemqꝫ ferunt Nicolaũ ipsum in manibus semp ha/

bere consuesse: atq; ex eo libro tanq; ex oraculo de simplicibus medi/camentis verba facere. Is de Isatide (vt diximus) obscurissime âbi/tiosissimeq; disserens: post Auicennã Serapionemq; districtos: in au ctorẽ tãdez pãdectaꝝ inuehit: scriptorẽ mẽdacioꝝ ignarũq; appellans Tuz ꝙ nescierit quid apud antiquos catapotia sit accusat. Pandecta rum scriptorez bonũ certe hoiez multa studiosissime collegisse videm⁹ dedisseq; operã: vt ꝛ ipse (si qua posset) posteris aliquãdo prodesset. Non assecutũ fortasse: sed nec sic quidez cõtemnenduz: immouero (qꝺ saepe quoq; vsurpari ꝯueit aristotelico more grãz illi hñdaz cẽseo: qꝺ ea multa cuz scripserit: veris etiam inueniẽdis viã (vel perperam scri/bendo) monstrauit ꝛ docuit. Quantum vero ad catapotia pertinet in quo noster hic tantope assurgit: sic dixerim: Non ignorauit pãde/ctarũ auctor quid catapotia verbum signaret. Nam ꝛ in. C. littere de scriptione: Catapotia inquit pillulae sunt. Et post paucos versus in eo quo de cataputia haerba scribit capite: semina eius haerbe accipi: ꝛ sicut catapotia mandi insinuat: quae Dioscoridis quoq; verba viden/tur: sic in Chamaeleae descriptione ex Dioscoridis sententia trochis/cos ex chamaelea ꝛ absinthio fieri docet: vt cataputia: pillulas certe designãs non haerbam: Nõ eniz ex Chamaelea ꝛ Absinthio ꝛ Cata putia (vt Nicolaus insimulat) sed ex Chamaelea ꝛ Absinthio vt Ca taputia: Sic vnius litterae mutatiõe: qui: Ut: dixit: Et: dixisse a mor/daci homine accusat. Uides iam apertam Leoniceni de vtilissimo scriptore calumniaz. Nesciuit (inquit Nicolaus) quid Catapotia es/set Pandectarius. At ille in. C. littera pillulas esse monstrauit: Ca/taputiam inquit haerbaz addit Absinthio ꝛ Chamaeleae: ꝛ hoc quo q; falsum est. Nam ex absinthio ꝛ Chamaelea trochiscos fieri docet vt Cataputia idest pillulas. Et quoniam saepe illum de sua ista Cataputia clamitantem atq; in medicos inuectum esse audiuimus. Hoc quoq; his subnectere benigna interpretatione (vt hoiem decet) visum est. Non latuit nostri tempis medicos catapotia pillulas signi/ficare: quippe quod pandectarius ipse (vt diximus) ꝛ is quez aggre/gatorẽ vocãt catapotia exponẽtes pillulas dixerũt. Sed qm̃ in nulla pene haerbaꝝ frequẽtius aut efficacius euẽit: ꝑterquã in hui⁹ genere: vt eius semia (quae ꝛ Ricinos ab insecti specie appellãt) pro catapo tijs hoc est pillulis sumant (quod Dioscoriden quoq; ꝛ caeteros tra didisse videmus) ideo haerbã ipsaz catapotiariũ semen ferentẽ) quã

Echyo alcybiu

propria quoq appellatõe nũcupant) singulari quadaz demonstratiõe Et ob remedij prestantiã seminũq ipsi⁹ vsuz vt cataputia passim dicere receperunt: Est autē cataputia haerba quã vulgus p haec tēpora nunc cazzapuzolam nũc guardalbortũ vocãt. Propriũ vero eius nomen lathyris est: cui⁹ quarto volumine Dioscorides. vij°. vero z. xx°. Plinius z vires z figurã scripserunt. Quod vero vt iam nõ Catapotia: sed cataputia dicat linguae vsus increbuit: nequaq mirãdũz. Cũ v. z. o. vocalium tanta cognatio sit: adeoq in verbis pollens magister vsus: quod vt quondaz vultis z voltis: z viuus z viuos: z curuatus z coruatus: z publicuz z publicũ: z colpam z culpaz: z herculem z hercolem dixere prisci: (vt est in veteribus cum libris tuz epigrãmatis videre) Sic cataputia pro catapotia non incõgrue: aut certe sine piaculari crimine enunciare possimus: Haec pro pandectarum auctore bono certe homine aduersus Leoniceni contumeliam quasi ex itinere respondisse sufficiat. Nunc ad Pliniuz reuertamur.

De Echio z Alcibio.

Eandem haerbã esse echiũ z Alcibiũ Dioscoride z Nicandro auctorib⁹ Leonicen⁹ putat. Qm̃ vero vtriusq seorsuz Plini⁹ mentionē facit. Hoc quoq inter errores deputat: is mihi errare videt qui sciēs prudensq compertũ se habere aliqd affirmat: atz in eo obstinati⁹ haeret cuius cõtrariũ plures sapientioresq cõstituũt: in hac causa nēo nisi puersi iudicij errare Pliniũ dicet. Echij Plini⁹ genera faciē vires vsũq dscribit: Alcibiũ qual' ēet apd auctores nõ reppisse se dicit. sz c⁹ hbe figurã ñ reppisse se dicit: ei⁹ vires quas reppit tradit: vel ex hoc itelligere oēs pñt Pliniũ Dioscoridis libros nõ vidisse: Nã z alcibiũ qual' eēt a Dioscoride (si mõ illaz posuit) didicisset: Nicãdrũ nobis videre ñ cõtigit. Dioscorides certe ñ Alcibiũ sz Alcibiadiũ z Alcubiacũ scribit Echiõ vocari: Si eade hba ē echius z Alcibiũ atz eadē vtriusq ptãs atq idē vsus: vnã habes haerbã duob⁹ nõibus a Plinio descriptã: qui alcibij qualitatē nõ reperisse se fateri maluit q̃z impudēter aliqd affirmare: Si diuersae sunt haerbae nomē vtriusq hēs z vires: In quo ergo vel eruditoz aures: vel medicoruz industria: vel aegrotãtiũ desideriũ: vel vita offendit? Quis errare pfitentē hoiez nisi errans Nicolaus iste contendet? Numen confessis aliquod patet (Ouidius inquit) Fatetur ingenue Cicero se nescire quod nescit.

Centunculus

Si ergo verũ fateri: si impudentẽ non esse: si non temere aliqd affirma re error est. Errauit certe Plinius: q̃ꝫ sint friuola q̃ꝫ nullius ponderis Leoniceni nostri inuenta videre iam licet qui (vt opinor) nulla magis ratõe adductus in hos sermones incidit: q̃ꝫ vt Nicandros nobis ꝛ Pãphilianos efferret: quasi ipse iõ magnꝰ censendus sit medicꝰ: aut Plinij censor: Si speciosa nobis graecoꝝ noia magno ore ꝓnũciet:

De Centunculo.

clematis
cẽtũculus
gnaphalio

Clematidis apud graecos genus primũ: Italos Centunculuꝫ vocare scribit Plinius. At Dioscorides gnaphaliuꝫ graece dictã haerbam a Romanis centunculuꝫ vocari affirmat: Dioscoriden veriora dixisse his argumẽtis Nicolaus insinuat. Primũ quideꝫ ꝙ idem effectus dysenterijs vtiles gnaphalio ꝛ Centũculo a Dioscoride tribunt ꝛ Plinio. Deinde quod in clematidis speciebꝰ describẽdis nullam Dioscorides rostratis folijs pingit: vt Plinius: At nos vel vno verbo questionem soluere facile posse videmur: Plinius Clematiden centunculuꝫ vocari ab italis dixit. Dioscorides huic appellatõi cõtrariuꝫ nihil scribit: sed gnaphaliuꝫ ab Romanis Centunculuꝫ dici tradit vtrunqꝫ vera dicere potuisse absurduꝫ non est: Nam quid prohibꝫ ꝛ Romanos gnaphaliũ ꝛ reliqnã Italiam clematiden cognominare potuisse cẽtunculuꝫ: Huic sentẽtiae fidem facit: ꝙ Romanos non centunculuꝫ modo sed ꝛ Tucularem ꝛ Albinã vocare gnaphaliũ in tercio Dioscorides scribit. Plinius vero in sua Clematide: quoniã non de gnaphalio neqꝫ de romanis: sed de Clematide ꝛ de italis loquebatur ex his appellatõibus nullaꝫ posuit. Leoniceni ꝑterea argumenta quid habent roboris: quid dialecticũ sapiũt: Nonne easdeꝫ vires ad dysenteriam efficaces non gnaphalio modo ꝛ centunculo. sed ꝛ ipsi Dioscoridis Clematidi tum innumeris pene haerbis legimus: Neqꝫ satis infert syllogismus: Duae haerbae eosdem prestãt effectus: ergo non duae sed vna censeri debent: tuꝫ quod Clematidis centunculi figuram non pingat Dioscorides qualem Plinius: Non ideo erroris cõueniẽdus est Plinꝰ: Neqꝫ eni probe claudit Enthymema Nicolai: in describẽda clematide. Signa quae Dioscorides nõ cõmemorat ponit Plinius. ergo errat plinius in demõstranda clematide: Nam (qꝺ in supioribꝰ quoqꝫ diximꝰ) mos ille plinij diligentiũqꝫ haerbarioꝝ ẽe vr: quo faciliorẽ cognoscẽdis haerbis viã oñdant vt similitudiẽs

tucularis
albina

afferant plures aptioresq;: Ceutunculi idest primae clematidis folia inquit Plinius. Rostrata sunt ad similitudinē capitij penular̄ non capitis (vt praue Nicolaus scribit) Nō tollit haec descriptio Dioscoridis signa: sʒ auget. Non ideo cētunculus qui ab Italis dicit clematidis primū genus nō est: qr euidentiora signa Plinius q̄ Dioscorides attulit: Non video praeterea cur de italica cuiusuis haerbae appellatione: barbaro potius graeco ue: q̄ Plinio ipsi in italia nato ꝛ educato credenduʒ sit: Cum praesertim (si verū ꝛ cū veniae p̄fatiōe fateri dolum⁹) aberrasse plurimuʒ Dioscoriden in romanis haerbar̄ appellatōibus nemo sanus negabit: quod multar̄ exemplo manifestū fieri pōt: vt cū Partheniū a Romāis solsequiū vocari: Bettonicaʒ eo rosmarinū: Habrotonū quoq; absintbiū pōticū: Hedyosmon āt quae Menta sit Nepetaʒ: Melanthiū eo quod gith dicit: papauer nigr̄ appellari dixerit: Cū apud romāos diuersas esse tā haerbas q̄ appellatōes istas: Nō Plinius mō: sed ꝛ Celsus ꝛ columella: ꝛ nostroruʒ tempor̄ vsus: ꝛ noīa in posteros seruata testant: quare nihil est quod Dioscoriden externū hoīem in latinis haerbar̄ noībus Plinio fideliorē putem⁹: Nā cū Clematiden ꝛ gnaphaliū diuersas haerbas Plinius probe cōgnouerit: quippe qui vtriusq; diuersa signa effectusq; prodiderit: ꝛ non gnaphaliū sed Clematidis genus primū centunculum cognoīasse italos dixerit: Quid aliud arbitranduʒ est: nisi aut italicuʒ hoīem italicas appellatōes multo Dioscoride melius cognouisse: aut duas haerbas centūculi cognomēto sic vocari potuisse: vt Partheuij quatuor: Ambrosiae item quatuor: Helxines tres: Heraclij plurimae cognominibus claruerunt.

Diuersas autē haerbas esse ꝛ Cētunculuʒ ꝛ gnaphaliū vel hinc p̄spicuū est. Cētūculus in aruis iacet: Sic Dioscoridis clematis: Sarmētis pampinisve sup terrā longis (quod ꝛ ipm̄ indicat nomē) folijs virentib⁹ lauri spē: sed breuiorib⁹: Adijcit Plinius (quo manifestior haerba fiat) ad similitudinē capitij penularuʒ rostratis: penula enim pluuiale est tegumentū: vt in Hadriano spartian⁹: ꝛ in Alexandro Lāpridius testant. Cui a tergo capitiū aduersus hymbres futurū tegmē adnectebat: quod non intellexit Nicolaus: qui capitis scribit non capitij: nam penulae nihil accedit quod caput dici possit: cuiusq; ad exēplar effigiari haerba queat. Sed rostratū capitiū accedit. Gnaphaliū

errores dyo
premu ali
solsequ
bettonicha ali
rosmarinus
abrotanu ali
absynthiū ponti
hedyosmu ali
Menta ali
Nepeta
Melathiu ali
git ali
papauē nigru
penula
capitiu

Lagines

Tomentũ vero folium habet molle breue album tomento simile. Tomentũ enim molle illud linũ stupā lanā ve significat: quod etiamnũ vulgo quoq; to mentellū dicit quo in fulciēdis replendisq; tum culcitris tum mattis

Matte Matarasse (quas nunc etiā mattarassas vocant vtimur: Atq; ideo gnaphaliū di/ cta ē haerba ipsa: quod graeco vocabulo gnaphalos minuta illa lana

gnaphalos sit: atq; vt ita dixerim) tonsura quae in fullonica arte ex carduorū aut forficum ductu trahitur atq; excidit qua ad tomenticia quoq; vte/

gnaphos carduus bātur: ex eo & ipsa dicta q gnaphos carduus sit: gnaphaliū ergo haer ba ita cognominata est: quod breuitate mollicieq; gnaphalon hoc est tomentum repsentet. Atq; ideo Plinius & tomento similem: & pro to mento in vsu esse dixit: Quare haud negauerim potuisse Dioscoriden qua ratōe gnaphaliū interpretati sum' conijcere atq; opinari gnapha

cētunculus liū etiā a romanis centunculū vocari: q illo velut tomento centōes quoq; in rustica suppellectile vt mattae cōcinnari possent. Sz nō ideo errasse Pliniū dicere aequū est cum primaz clematiden homo Italus ab italis centunculum vocari dixit.

De Lagine.

Possumus in hoc quoq; accusatoris ingeniū iudicijq; prauitatem damnare: Quod librariorū impressorūq; errores quib' pleni sunt Pli niani codices Plinio quoq; adscribere nō verer. Aut si id cōprobari non posse videat: vel in hoc taxet: q Pliniū frustra aliquid posuisse ca

lagine lumniet vt de lagine quoq; fabulatus est (Lagine ante oīa quae nisi graeca impediat declinatio a lacte gignēdo nomē traxisse videri pōt) Secunda clematidis spēs est: Non lagine (vt Nicolaus titubans le/ git) Frustra autē a Plinio eadē haerba repetita non est (vt Nicola us carpit) qui neq; Plinij mirū in describēdis plantis ordinē consi/ derat: neq; quo pacto bis idē repeti nō modo possit: sed debeat: Volu mine. xxij. Plinius in quo de his agit q inter aruensia olera in vsum quoq; cibariū veniūt: laginē suo ordine cōmemorat describitq; eius ēt facultates qualdā: nou oēs tñ aperit. At. iiij. &. xx. Cum Clematidis enumeraret species: Ne quis laginē secundum esse Clematidis ge/ nus dubitaret: lagines illaz vocari ab alijs dixit: Tum lagines quoq; vires vniuersas adijecit: vt intelligerent secundū clematidis apd grae cos genus laginē quoq; esse. Neq; enī li. xxij de clematidis spēb' di/ ctur' erat: sed de ea tantū lagine quae aruēse olus esculentūq; esset: vt eodē quoq; ordiē & capite d Scādice Hellaphobosco Sioq; dicebat

arctiũ personata

Ast vbi de Clematidis spẽbus dicẽduz fuit (cũ nõ oĩs clematis) escu lentũ olus sit) quae illa clematis esset quae lagine diceret edocuit: pa riqȝ illaz effectu scribere graecos notauit: ⁊ quas facultates in lagiẽs mentõe omiserat addidit. Scio ⁊ laginẽ quoqȝ siue laginẽ. xxi.º voluie scriptã esse. Sȝ vel aliud haerbae gen⁹ vel mẽdosuȝ codicẽ putauerim quãdo hãc de qua agimus laginẽ foliosos ramos hr̃e: atqȝ humi ad/ repere ad scamonij spẽȝ scribat: illam ꝟo vnũ tantũ foliũ hr̃e: quo fit vt diuersas prorsus haerbas esse credamus.

Nec minu⁹ ineptã supuacuãqȝ nõis in lagine mutatiõeȝ Helxines ⁊ Eusines Nicolaus molit. Naȝ dum. iiij.º ⁊. xx.º secundaȝ clemati/ den laginẽ ab alijs echitenqȝ dici Plinius scribit: Suspicari se inquit Nicolaus ne codicis vitio lagine ⁊ echite ꝓ helxine ⁊ Eusine posituȝ sit: Et sua q̃dam iamdudũ trita de helxine cõminiscit. Nos de his ad hũc modũ dicẽdũ putamus: Laginẽ ꝓ helxine nõ scripsit Plini⁹ cũ de triplici helxine in supiorib⁹ dixerit: ⁊ de lagine. xxij.º volumine dixerit: Eusinẽ dicere nõ oportuit. q̃uis eni lagine (vt ⁊ veꝝ esse vide mus) Cissampel hoc ẽ Inuolucri spẽȝ repñtet. Nõ iõ eusines nomẽ q̃ inuolucri ꝓpriũ ẽ lagini tribuissȝ: sȝ e re ipsa q̃ lõgius serpẽdo se rat elegãtissiõ vocablo echitẽ vocari ab alijs illã scribit. Est ãt lagie quã pliqȝ vulgo corrigiolã dñt (nõ eã tñ q̃ polygõia sit) picẽtes a flo/ ris figura cãpanellã vocãt: qua rõe cõchyliũ quoqȝ vocari scribit Pli ni⁹. eaqȝ in esculẽtis ⁊ eo pserti cibarij genet q̃ tortã dicimus vtunt. mlieres quoqȝ i aqua ⁊ vio ꝺcoctã etiãnũ lactis grã sorbẽt. Neqȝ ab/ surde tenue scamoniũ quoqȝ dcã ẽ ꝙ illi ñ absilis videat: nisi ꝙ miori/ b⁹ lõge folijs leuioribusqȝ nec crassis vestit. Quae hic ãt ꝺ ligustro ni cola⁹ adijecit a sũt q̃dẽ ⁊ iã dudũ a nob decãtata: sed ⁊ ligustrũ ipm oliuastella vulgo dr̃: in eo tñ Leõicen⁹ fallit: q̃ caprifoliũ vocari a q busdã ꝺ capraꝝ pastu autũat. nã nec nomẽ nec nõis rõ ꝟa est. illuȝ eni seu fruticẽ seu arbusculã dicas. caprae nõ attigũt: caprifoliũ ꝟo ñ ligu/ strũ: sȝ pixacãthus est cuius quoqȝ nominis Syluaticus meminit.

ligustrũ oliuastella caprifoliũ pixachãtos

De arctio siue personata.

Vis ⁊ aliud videre indiligẽtis hõis argumẽtũ: de psonata Pliniũ taxat quod duplicem illam esse crediderit: tum vt id verum esse com/ probet: ne quid integri ad defensionem Plinio relinquatur: nulla ra/ tione echion pro arctio Codicis vitio positum dicit. Sȝ nec sic quoqȝ aut Plinium aut seipsum intellexit, quod verum esse mox agnosces.

barbarus q̃ putat arctiom & echio apponendũ ẽẽ eo loco illo

Post agarici descriptionē Echion haerbam. v° ⁊. xx°. volumie conti
nuo subijecit Plinius: quae quoniaʒ capitula hēat viperis similia. idō
echios quasi viperea cognoīatur: Duo huius genera Pulegio similia
floribus coronata: terciū lanugie spinosa distinctū pingit. Addit prae
terea: Quidam Echion personataʒ dicūt (non arction vt praue inse-
rere Nicolaus voluit) quoꝝ opinionē qm̄ longa folioꝝ ⁊ floris diffe
rentia improbaret: Subijcit. Cuius scilicet psonatae folio nulluʒ est
latius grandes lapas ferenteʒ. Ac si dicat. Tria Echij genera dixi
mus pulegio similia cui parua sunt folia ⁊ quae floribus coronantur.
Falluntur qui echion dicunt esse personatā grandes lapas ferentē cuius
folio nulluʒ est latius. quae oīa a pulegij similitudine maxie discrepāt.
Non intellexit in morsuʒ praeceps Leonicenus Plinij verba illoruʒ
sententiā apposite improbātis qui Echion personatā ēe dicebāt. Nā
ea parte qua Plinius scripsit cuius folio nulluʒ est latius: Leonicenꝰ
cuius illud ad echion retulit: non ad personatā vt Plinius ⁊ grāma-
tica ratio postulabat. Neq; eniʒ ideo duplicē personataʒ esse credidit
Plinius. quia quosdaʒ echion personatā dicere ⁊ ex aceto radicē da
re scripsit. Nā hic de personata non agebat: sed de echio: De qua vt
quaecūq; ab auctoribus scripta cōpererat aperiret: ideo quosdā echi
on dicere psonatā scripsit: ⁊ ex aceto dare potui. Non eni probe clau-
dit (quod saepe diximus) Quidam dicūt: ergo Plinius credidit. ac
psertim cuʒ Echion triplicē pinxerit: Et ex foliorū ⁊ floris differētia
non esse echion personatā aperte senserit: Atq; ideo post paucos ver-
sus non iam de echio sed de personata notissima haerba speciatim ver
ba facit: Eamq; Arction ⁊ personataʒ graeca ⁊ latina appellatōe nū-
cupauit: neminēq; illam ignorare dixit: vt eos etiā videlicet distringe-
ret qui supra echion paruis folijs haerbā psonatā latissimis cōstanteʒ
putauerūt. bene ergo oīa quadrāt. Sciatq; deinceps Nicolaus hoc
in loco bellissime significasse Pliniū atq; ita credidisse: aliud Echion
esse pulegio simileʒ: aliud personatā folijs maioribus cucurbitae: quas
vnam haerbam esse quidam putauerunt.

Sed quoniā de arctio sermo incidit: quādo ⁊ pro Plinio ⁊ studio
sis scribimus: vt haec nostra legentes (quantulacūq; illa sint) aliquid
semp arripiāt quod in cōeʒ vtilitatē cōferre possint) quod tota defen-
sione quantū potuimus obiter curauimꝰ. Leoniceus vo vitauit) Hoc

subnectere visum est: q Arction graeci duplicẽ esse tradiderunt: vnaz quidez quae ꝛ Arcturion diceret: cuius folia phlomo (quã latine ver bascum dicim⁹) similia crassiora tamẽ ꝛ rotũdiora esse dixerũt: semen vero minuto cymino simile: qđ taz ipsuz q̃ radix Ischiadicis ꝛ Disu riam patiẽtib⁹ efficaciter daret: Alterũ quaz Arction ꝛ Prosopiten ꝛ prosopion ꝛ Aparinem dicerẽt: nos psonataz ꝛ lapam de qua egi/ mus: ambas. iiij°. Dioscorides pinxit: Plinius primã. vij°. ꝛ. xx°. Al/ terã quo diximus libro tradidit. Sed Aparines nomẽ a Dioscoride posituz non probauit. Quando aliam esse a psonata aparinem ꝛ figu rae ꝛ virium diuersiate monstrauit.

De Chamaedaphne.

Quo plura in Pliniũ congerere Nicolaus nititur eo se pluribus inscitiae notis cõmaculat vt qui nec Plinij verba nec scribendi ordi/ nem nec rerũ consideret differentias. Itaq manifestas ineptias iam satius est ridere q̃ refellere. Eidẽ plantae Pliniũ hoc ẽ Chamaeda/ phnae diuersas descriptiões afferre Leonicenus dicit. Sed q̃ diuer/ sus sit ipse ab eo quẽ putabamus. Ex hac ipsa Chamaedaphne consi derem⁹. Plinius. xv°. in describendis lauri arboris generib⁹ inquit. Est ꝛ chamaedaphne siluestris frutex: neq vltra de Camaedaphne verba facit: neq illam pingit (vt Nicolaus prius arbitratus est) Ex nomine videlicet addubitans ne haerba esset quã fruticem nominauit Hic igitur verboꝝ Plinij textus puncto (.) signadus est: Tum pergit enumerãdo Plinius lauri genera: atq inquit. Et Alexandrina quaz aliqui idaeam: alij hippoglottin: alij daphnem vocãt. Hanc vero Ale xandrinã Daphnem pingit. Haecq illa est quam Dioscorides quoq caeteriq describunt. At quarti ꝛ vigesimi volumis. xiiij°. capite Cum fruticuz subfruticũq genera multa descripsisset: His subnectemus in/ quit quae graeci cõmunicatiõe nominũ in ambiguo fecere an arbores essent: Tũ proximo capite continuo de Chamaedry: Camaedaphne Chamaelea: Chamaesice: Chamaecisso caeterisq huiusmõi verba fa cit. Atq inibi Chamaedaphnez describit: quam volumine. xv°. tantũ attigerat: Haec igitur ita se habẽt. Enumerat. x°. Plinius lauri sep/ tem genera: Tum tres laurei fruticis species Chamaedaphnez Ale xandrinã: Daphnoiden: Et Alexandrinaz quidem ꝛ Daphnoidem pingit: Camaedaphnem vero quoniaz inter illas relaturus erat quas

arturiũ emẽ dar bar. ex dyo

nota mam festã ia etu rã du urbre marra e mo res unitatũ pollicet no. ... eade est apa rine ꝛ ꝑson ata ut pom ne ps

chamedaphne Alexãdrina Daphnoides



nominuz cōicatio (vt ipse inquit dubias fecerat an arbores essent an haerbae. iiij°. ꝛ. xx°. libro pulchre descripsit. in quo de similibus haer/bis suo ordine loquebat. Uides vt ob punctum (quod in locis quoqꝫ dicit) Leonicenus capt⁹ est: Si inter duo ista noīa Camaedaphnem ꝛ Alexādrinā. xv°. illo libro: Morae aliqd pūctiqꝫ itericcisset (quod vel ipsa grāmaticae ratō per: Et: copulae interuētū postulabat) nō in hos laqueos incidisset. Mirū subit boni huius viri ꝛ amici qdem Leoniceni naturā cōsiderāti: quē si ambulantē videas lentū magis ꝛ tarduz: q̄ citatū vel celerē dicas. In accusando vō Plinio adeo pcipitē currere: vt in eo legēdo pcensendisqꝫ accusatōis capitibus moraz omnez tarditatēqꝫ oderit: Nō spiritū teneat: non aīaꝫ: nihil interpungat: nullo pūcto consistat. In hoc quoqꝫ sagacissimi ingenij vir politianus in ea quā de cisso ꝛ cistho ad hunc ipsum Leonicenuz scripsit epistola egregie notat. Cū. iiij°. ꝛ. xx°. volumie capite. x°. qꝛ nō interpunxit Nicolaus inter hypocisthis: et: quā inter haerbas dicem⁹ paꝝ sapere visus est: maleqꝫ eo loco sensisse de cistho: ita ob punctū vt diximus saepe cōuincitur.

Sed ne Chamaedaphnes nomē dubiū aliquādo legētibus ingerat Duas esse plantas scire oportet quae camedaphnae pariter nūcupentur. Hanc ipsaz scilꝫ de qua agim⁹ quae vulgo laureola dicit: ꝛ eam q̄ vinca puinca quondaz (vt Plinius. xxi°. auctor est) dicebat: ꝛ nunc quoqꝫ puinca dicit cōiugalibus coronis expetita: folijs q̄ lauri longe minoribus: humi ad serpilli morē reptans: flore ceruleo inodoro rotundo foliusculis quinqꝫ sed continuis distincto.

De Oximyrsine.

De Oxymyrsine nihil est quod disseramus. Nam cū frigida quaedam Leonicenus afferat: quibus conijci posse (vt ipse putat) videat: Pliniū de oximyrsine: rusco ꝛ agresti myrto qnqꝫ dubitasse: Cū Plinio tandez cōuenit: Uoluit (vt arbitror) Nicolaus ostendere. Scire se ꝙ oxymyrsine Bruscus esset quē veteres Ruscuz dixerūt auctore Plinio: quasi grande aliquid ac secretius quiddaz in herbaria prolaturus: Et si facultas suppetijsset Pliniū quoqꝫ redarguisset: Qui nō ideo Oxymyrsinē nō agnouit qꝛ plures de ea sentētias recitauit. Sicut cum inueniri aliquos dixit qui Acorū Oxymyrsines radicez esse crediderunt. Sed inuenit tandez Nicolaus Pliniū a Castore suo a

quo tam multa: ꝛ hoc quoqꝫ didicisse: ꝙ oxymirsine bruscus esset. At qꝫ ita nisi subuenisset castor interierat Plini⁹. vide ꝙ̄ sint ociosae hominis huius cōmentationes.

De Aera ꝛ Lolio.

Celebrem illam inclytamqȝ radicem quā per haec tempora cōmunis medicorū appellatio Reubarbarū vocat: eam non ruponticū graeco noīe neqȝ vno verbo Dioscorides prisciqȝ vocarunt (quod in hoc quoqȝ errans Nicolaus scripsit) Sed cum alios Rha: alios Rheon alios Rhiam vocare illam Dioscorides scribat: Romāos Rha/pōticuȝ noiare dixit: Romanos Dioscorides inquit. Non graecos (vt falso Leonicenus retulit) Atqȝ haerbae radicē illam esse ait quae folia maiori cētaurio similia habeat. Et supra Bosphorū illā gigni tradidit: vt obiter illos elidamus qui terrestris excremēti: seu mauis fungi genus quoddam radicem illaȝ esse crediderūt. Hoc vero ꝛ obseruatōe dignuȝ fortasse videri potest ꝙ Plinius illaȝ. vij°. ꝛ. xx°. volumine Rhacomam vocat: illamqȝ ex hijs quae supra pontuȝ sunt regionib⁹ (in quibus ꝛ Bosphorus est Cimmericus) afferri ꝛ pluribus eximiisqȝ in medicina vsibus pollentē scribit: Ammianus vero marcellin⁹ xxij°. rerū gestarū volumie Scythicas regiones ꝛ Euxinū describens pontum: Tanai fluuio qui Europā Asiamqȝ distermiat: ꝛ supra pontuȝ Bosphorū quoqȝ est: vicinum esse amneȝ ait Rha noīe. In cuius supcilijs vegetabilis (vt eius verbis vtar) eiusdeȝ nōis gignit̄ radix ad multiplices vsus ꝑficiēs medelarū: Rha ergo ꝛ flumis ꝛ radicis

Reubābaz Rha Rheō Rhia Rhacoma Mācellinus Rha

Rhabābarz

huius ad ipsum flumen nascētis nomen est: ponticū vero quo romani appellarūt. & Barbarū quo nostra gens vtitur: nobilissimi medicamē ti a regione ductuz recte dicimus cognomentū: cum Scythia quae su pra Pontuz est regio sit nulla barbarior.

Mecalis

Quaz vero Reuponticū pharmacopolae nostri nuncupāt vulgarē certe radicem & parua stipe mercalem. Ea in Apulis (quod constat) plurima nascitur: & in gargano ipso monte: & in vallibus quae circa oppidum Grauinā sunt laetissime prouenit: Huic longiuscula folia & depressioribus incisuris serrata folia densaq; a radice assurgunt: Feru laceus vero caulis vnus a terra exit frumētacei calami altitudine: ca po vno ad papaueris ferme speciē: Radice (vt videmus crassa intor ta lōga subnigra: Id est quod Reuponticū vocāt incolae: Est & apud illos psuasio sub infima hac radice si altius fodiatur. Praeclarā illaz radicē nasci quā Rha Barbarū diximus & Rhacomaz: Eaz tamen nullus adhuc (quod sciam) inuenit. Huius verū priscūq; nomē mea quidem sentētia) maior centaurea Chironiūq; est. Cuius. vj.° quinti & vigesimi voluminis capite noster meminit Plinius. Huic eni oia pror sus quae de centaurea Chironio scripta sunt signa cōueniūt. Atq; ex eo Reupontici appellatōez vulgo cōtraxisse crediderim: atq; aliquā facultatis similitudinē medicorꝝ quosdaz credidisse: quod Rha ipsuz maioris centauriae folijs simile esse Dioscorides scripserit. Et sub ip sis Reupontici vel Centauriae radicibus Rha nasci Apula gens & imperitū vulgus credidit. Rha ergo inclyta illa radix est quaz Ro mani ponticum cognominarunt: Nostra aetas Barbarum vocat: Maior Centauria Chironiūve illa est quam nunc omnes perperam Renponticum vocant. Quae de predicatissimis radicibus habuimus in hunc modum se habent: Interea boni cōsulant studiosi: Et ipsi quo q; in medium afferant & veriora demonstrent: nos quae habuimus in genue diximus. Et caeteros quoq; ad scribendum hortamur. Neq; enim in auctoritatē scientie est non docere: Cum eam turpissimam esse causam ignorationis haerbaruz scribat Plinius q eas qui sciunt per inuidentiam alijs monstrare nolunt: tanquā ipsis periturum sit quod tradiderint alijs. Quae vero a priscis accepimus nō tradere posteris aliud nihil profecto est q̄ȝ vitam alienis bonis & naturae liberalitate fraudare.

cētaurea maior chyronia

Enarratio quae ⁊ pro Epilogo est ⁊ Pliniuz a calum/ nia de luuae magnitudine vindicat. Caput septimum.

Nec ab instituta Plinij defensione paululuz diuertentes
b velut ex abundanti : ⁊ quoddaz quasi auctariuz adijecim^9^
Quae vero p̱ Plinio aduersus Nicolaū Leonicenū dicē
da nobis videbant̄ nullo ex his omisso quae ille taxauerat
In hunc moduz se habēt. Ea nos omnibus castiganda p̱ponim^9^ quos
melius aliquid inuenisse contigerit: culpā enī libenter agnoscemus: ⁊ si
ne vlla contumacia refelli patiemur. Neqz enim is sum qui mihi per/
suadeā nihil in nostris ꝯmentatōibus inueniri posse quod censeri dis
pungiqz possit: atqz in his praesertim quae familiaribus ac publicis
nostri priucipis negocijs occupati tumultuario (vt est videre) stilo con
gessimus. Nos qnoqz homines sumus: ⁊ (vt ille inquit) nihilo vicinis
nostris meliores: Falli possum^9^ errare decipi: multa quoqz nos (quod
ait Plinius) praeterire potuerunt: Atqz ideo longe fortasse tutius in
archanis musarū mecū ista iacuissent diligentius aliquādo p̱currenda
nisi nos iam p̱uulgatae Plinianae accusatōis necessitas ad festinādaz
defensionem prouocasset.

Illud ꝰo haud dnbie demōstrasse nos arbitror: Nec errasse Pli/
niū in his quae accusator notauerat: nec errori dādnz esse: si qd p̱ditis
auctoꝝ nōibus alienoqz iudicio nō suo Plini^9^ tradidit: Simul ⁊ beni
gna quoqz inſpretatōe (qd̄ iuriscōsultis placet) damnari nō oportere
si qd ab eo ita dictū sit: qd̄ etsi erratū pria frōte videat̄: penit^9^ tn̄ inspe
ctāti lōge diuersaz fuisse mentē dicētis appeat. Cū scilz (vt vno verbo
ꝯprehendaz) quae dicunt̄: cū ea quae dictis adijcit̄ rōe discrepare vi
dent̄. Veluti illud est qd̄ libro. xi.^o^ de terrae lunaeqz magnitudine cre
didisse Piniū Nicolaus credidit: Cū rōnez magnitudinis terrae ad
lunā ex vmbra acceptā luculēter adeo exp̄sserit: eamqz rōez adduxerit
vt nō alid̄ sensisse aut scripto illuz p̱dere voluisse credi aequū sit: q̄ʒ qd̄
prisci astrologi nr̄iqz tradidere: qd̄qz mathematica rōe firmari cōpro/
bariqz posset: Nā si illud inspiciam^9^ qd̄. x.^o^ eius libri capite scribit: Fi/
gurā. s. terrenae vmbrae ad metae effigiem mucrone ipso in lunae cor/
pus ingruere: nec lunae latitudinem excedere. Tum quod sequenti ca
pite tres vmbrarum figuras a solis: terrae: lunaeqz magnitudine ac/
ceptas describens Metae effigiem in cacuminis fine desinentem :

deficiente luna fieri demonstrat (quae nisi maior esset terra ꝙ luna fie
ri non posset): validissimasq; istas (vtpote mathematicas) rões a Pli
nio cognitas ꝛ traditas videamus: Et hoc quoq; intelligere necessa/
rio oportet ꝙ terre ipsius globus luna ipsa sit maior soleq; minor.
Non contra: terram luna minorẽ esse ex eo opinari ꝙ Leonicen⁹ ver
ba illa Plinij praue interp̃tetur quae sunt : Non posset quippe totus
sol adimi terris intercedente luna : si terra maior esset ꝙ luna: Nam
consulto dixisse Pliniũ terris videmus qui supra de defectu loquens
semp singulari numero terram dixit. Id eni ita intelligendu; est. Nõ
posset totus sol adimi terris hoc est terrae partibus quibus p lunare;
interuentũ sol adimitur. Sicut cu; terris ꝛ alto iactatũ Aenea; Vir
gilius dixit: non omni terrae ambitu globoq; iactatum : s; terris idest
terrae ptibus quas adierat intellexit: quod scriptoꝝ castigatissiõs ser/
uare semp inuenias: Sic nõ possit totus sol adimi terris: idest ptibus
terreae quae defectu obscurãtur (sciebat enim non omnẽ globũ obscu
rari) si terra: idest pars illa terrae in quam lunae vmbra incidit maior
esset ꝙ luna. Neq; eni; terrae appellatio semp massam globumq; ele/
menti vniuersum designat: sed ꝛ ipsius quoq; interdu; partes: vt cum
de terrae generibus in agricolatõe disserimus : ꝛ cum in eadem terra
genitos cõterraneos dicimus: Constat autẽ eam terreni orbis parte;
cui in defectu sol adimitur luna minorem esse: tametsi vastissimis spatijs
protendatur. Tres igitur magnitudines triũ maximarũ rerũ velut e cae
lo : speculatur Plinius cum dicit. Haec ratio mortales animos subdu
cit in coelum: ac velut inde cõtemplantibus triu; maximaꝝ rerũ natu
rae partiu; magnitudines detegit: Inde contemplantibus idest e coe
lo magnitudines inquit Plinius: non maioritatẽ (vt ita dixeri;) triũ
inuicem corpoꝝ detegit: Non eni quod horũ corporũ inuicem compa
ratum alio maius sit inquirit Plinius . Sed singulorum magnitudi/
nis demonstrationẽ inquirens ait. Quod in defectu solis ꝛ lunae. Si
velut e caelo tria ista corpora ex ordine contemplemur: solem: lunam:
terram (hoc est totius mũdi punctũ) quae parua adeo nobis vidẽtur
maxima esse corpa intelligemus: Nam p lunae interuentu; deficiente
sole: Terra idest pars pars terrae illa quae obducitur vmbra (tametsi
vastissima sit) minor est tamẽ ꝙ luna. vnde lunaris corpis ingens ma/
gnitudo deprehenditur: Globũ vo ipsu; terrae magnũ esse ex vmbrae fi
gura quã in

gura quam in decimo capite ꝛ septimo dixit intelligit: Solis ꝺo immẽ
sitatez ex vmbrae similiter figura quae metae est in lunae defectib⁹. xi°
capite speculatur. Atq₃ haec omia e caelo (vt ipse inquit) quod eũ fe-
fellit qui Pliniũ errasse dixit) Oportuit eni de haerbis scribentẽ ac
cusatorem: tellurem cum Plinio speculari. De celestiũ vero corpoꝝ
magnitudine: cũ Plinio caeluz ascẽdere atq₃ inde cõtemplari: ita nec
accusans in haerbis errasset: nec celestẽ hoiez de celestib⁹ incusasset.

Duabus ergo (vt ad rem redeam) in verã sententiã vrgẽtibus ra-
tionibus. illa quae media videlicet sunt verba: Non posset quippe to-
tus sol adimi terris: ꝛ quae sequũtur ita interp̃tari oportet vt ratiõib⁹
quoq₃ cõueniãt. Sic. Q. sceuola: sic Julius Paulus: sic Domitius
Vlpianus mentẽ ratõemq₃ dicẽtis nõ nuda verba spectanda esse cen
suerunt: Sic iurisconsulti deinceps: non tam legũ ipsaꝝ q̃₃ omnis ge-
neris scriptoꝝ dictorũq₃ ratões exquirẽdas inspiciẽdasq₃ esse dicunt.
non verborũ formulas nudas ve litteraꝝ faciẽ (quod vel p̄priũ iudeae
gentis vitiũ fuisse constat) verba eni nihil aliud esse q̃₃ aeris articula
tum quendaz sonũ litteraꝝ ve coagmentationẽ quae mentẽ dicẽtis ex
primat. Verũ si verbis addat ꝛ ratio: Ratioq₃ ꝛ verba dissidere vi-
deant: tum verba ipsa nihil aliud q̃₃ inanem quendaz sonũ esse. Ratõ
nem vero quãdo ipsa et medulla ꝛ mens atq₃ anima sit eoꝝ quae di-
cuntur posthabitis verbis amplectendam tuendamq₃ esse sanxerunt.
Quid enim aut stultius aut impudentius esse potest q̃₃ ad verba rem
deflectere. Consiliuz autẽ illorũ qui scripserũt ꝛ ratõem ꝛ auctoritatẽ
relinqu re: Haec in accusationibus iudicijsq₃ ferendis estimãda sunt.
Atq₃ ideo saepe me dicentẽ pleriq₃ audierũt. Grãmaticoꝝ sophistarũ
q₃ esse deliramenta ista pueriles cõtrouersias dirimentiũ: cuz de voca
buloꝝ viribus: cum de stili genere: cum de transpositis aut imutatis:
aut superuacuis quibusdaz minutijs in libris veterũ dubitari cõtingit
Verũ cum de magnoꝝ viroꝝ sensibus vel erratis iudiciũ ferendũ est.
vel accusatio proferenda: Jam non ad litteratoris aut sophistae offici
um p̃tinere: sed ad romani iudicij hoiem viruz grauez vereq₃ philoso-
phum: qui ꝛ homies ipsos tum eorũ eruditioẽ doctrinãq₃: tum loquẽ
di moduz: ordinem: verba: consiliũ: mẽtem: rationẽq₃ metiatur: Et hu
mano (hoc est aequo benignoq₃ iudicio) singula quaeq₃ discutiat li-
bretur pensitet: Nec furentis more in obuios quosq₃: non hoies dicaz

qui iam ēsse desierūt) Sed hominuȝ vmbras quae iam seipsas tueri neqneāt:canino dente feratur:⁊ nunc caecos fuisse:nunc ignaros:nūc fabulosos dicat: Nunc integrū eorum erratis impleri posse volumen: Nunc volumini (si errores colligere velit nulluȝ futurū fineȝ arrogā tissime iactet:vt suo isto libello Leonicenus euomuit.

Quid quod ea quae Plinio temere (vt vides) obijecit. Ea qdem fuere:vt etiā si in his Pliniū lapsuȝ pbare potuisset:nullā vitae hoim piculū :nulla lr̄is iactura:nulla pnicies ꝯtingeꝛ potuit:vt itelligas n a le affecti animi calumniā istaȝ fuisse: Et peruersae grāmaticoꝝ subtili/ tati (vt inquit Plinius)magis accōmodaȝ:q̄ȝ prudentis medici vere q̄ȝ philosophantis homis censurā:qui rerū pondere ⁊ grauitate certa ret ⁊ veritatis studio teneret. Nec litteraꝝ syllabarūve momentis : ⁊ Prasi prasiiqȝ argutiolis:⁊ cissi cisthiqȝ captiūculis insudaret.

Quod si qui sint multos eniȝ adesse video ingenio ⁊ doctrina re/ rumqȝ vsu praestātes medicos) qui Leōiceni ipsius verba discutiant dum Auicennā Serapionē q̄ȝ proculcat: ex his quae Plinio impudē ter obijecit:quaeqȝ ipsi nullo (vt vides negocio cōfutauimus, liquido intelligent. Ea facilitate redargui ꝯuinciqȝ hominē in illis posse quae Auicennae caeterisqȝ imputat:qua in Pliniana accusatōe supatus ē. Pariqȝ illum errore in Auicennā Pliniūqȝ inuectū esse:vel certe ma iori : Cum in latino hoie accusando:latinorū graecoꝝqȝ scriptorū di/ cta fortasse ac testimonia suppetant:quibus criminatiōem suā fundare tueriqȝ possit: In eo vero quē Arabice scripsisse constat translatorūqȝ vitio perperam (quod omēs fatent) latinis traditus sit : Non video vnde Leonicenus:aut quiuis alius Arabicae litteraturae prorsus ru dis ⁊ expers :citra temeritatis notam culpare Auicennā criminariqȝ possit: Atqȝ ea tanto in medicina viro imputare:quae in eius libris(si illos habere integros sincerosqȝ possemus) nusquaȝ fortasse scripta viderentur . Quo quidem vel solo clypeo probe defensum a Nicolai accusationibus Auicennam dixeris . Quis enim eum accusare aude/ at cuius faciem non nouit : Cuius verba nunquaȝ accepit: Quis por ro iniquus adeo rerum existimator inauditum damnabit Auicennam Cum non ipse sed falsus loquatur interpres : Uel certe verum inter/ pratem esse (ob linguae ignorationeȝ)qui accusaturus indicaturus ve

est discernere nequeat.

Quo minus excusandus Leonicenus videtur qui rem non modo eruditorũ ingenijs & studiosorũ auribus ingratam: sed grauissimorũ hominũ iudicijs improbam aggressus est. Tantorũ scilicet hominũ labores tot annorũ curriculis approbatos vna voce damnare: nullo vel humanitatis respectu: nulla vtilitatis compensatõe: nulla auctorũ ipsorum defensione recepta: At sumũt sustinentq; aequi iudices absentiũ reorũ tutelam: & legũ ipsarũ imperio: si quid est quod innocentiã indefensi hominis prodat: arripiunt. Interdũ vero & in confessis etiã criminibus vel ingentis disciplinae meritũ: vel eruditõis gloriã: vel vtilitatis magnitudinẽ reputantes bene alioqn de republica meritos viros ab omni supplicij vindicant feditate.

Haec est vera & iurisconsultorũ libris prodita philosophia: nõ quã isti profitẽtur: garrula inanis: loquax contumeliae contentionisq; magistra. Talem induere animũ Leonicenũ nostrũ oportuit virum alioquin (mea quidem sentẽtia) haud omnino malũ neq; indoctũ: sed sibi ipsi (praefata venia) nimiũ certe tribuentẽ. Nec confestĩ in dicta causa in tot hominũ accusationẽ erumpere: & impressis etiã voluminibus edere. Aut si quid tandem in eorum libris quod vel tergiuersatione quidem nulla tueri posset inuenerat (hoĩes eũ illos fuisse & errare potuisse fatendum est) tum illud (si ita publica exigeret vtilitas) caste modesteq; attingendũ, emendũq; fuit: & apertissimis argumẽtis immo & rerum ipsarũ euidentia: & cum veniae etiam prefatione refellendũ. Et si cõmunis hominũ salutis gratia (vt ipse inquit) accusator aduenerat: Non quae salutaria videbant subticere: sed sine iracũdia cõfutare ac corrigere debuit: erudire: cõmonstrare: ab errore reuocare. & quid vnaquaeq; res esset ostẽdere: Tum medicos ipsos amice cõmonere: seplasiarios medicamentorũq; cõfectores instruere: atq; in cõmunẽ quaecunq; ipse melius nosset vtilitatem conferre. Nec accusatorem ipsum venisse malorumq; indicem (quod publici delatores faciunt) nulla vero alia ratione prodesse.

Sed qs nõ exacerbescat cũ sexagẽariũ hoĩez videat ĩtẽpestiue adeo importũeq; in priscos scriptores atq; ĩ oẽs aeui medicos debacchãtẽ:

Nihilq3 aliud omnino nisi criminatõem (quod diximus) vel admira/tionẽ afferentẽ: Est animaduertere totũ suũ hunc libellũ admiratõne plenũ esse: nullumq3 ferme in eo locũ in quo non stupens mirabundusq3 consistat. Et nunc mirũ sibi videri inquit: Nũc in admiratõe se esse: Nunc se mirari: Nunc admiratõem augeri: multaq3 huiusmodi. Admiratõis causam nullam magis esse q̃ ignorationem Aristoteles prodidit: Beatum Flaccus noster eũ predicat: qui nil miret: Philosophum quendã legimus aliquãdo quid ex philosophia lucrat' esset interrogatũ respondisse. q̃ nihil eorum miraretur quae fierent. Et si Aristoteli: Si Flacco: Si philosopho illi credendũ est: eum hominẽ qui tam multa ac tam saepe miretur: neq3 scientem: neq3 beatum: neq3 philosophũ iudicare oportet: Ita duz miraẽ Leonicenus: dumq3 mirus ipse in Pliniana accusatõe videri desiderat: multos in imprudentiae suspitionẽ: oẽs in affectate calumniae suae admiratõeẽ induxit.

.FINIS DEFENSIONIS.

Pandulphus Collenutius Pisaurensis
Jurisconsultus Studiosis Salutem.

Quot quales ve loci sint in Plinianis castigatõibus viri Eruditissimi Hermolai Barbari: qui ad Plinianam defensionem nostram pertineant.

Absoluta iam atq3 edita defensione nostra qua Pliniũ ab iniquissimis calumnijs (sicuti ego existimo) vindicauimus vel certe qua ratõne defendi posset ostẽdimus. Ecce ex vrbe Roma Pliniane castigatiões nup editae ad nos commearunt. Id est opus quo librariorũ vulnera ad quinq3milia in Plinio sanantur. Operosissimũ inquã opus disertum: variũ: eruditũ: elegans: necessariũ: fertile: Hermolai Barbari magni viri: & sine vlla dubitatione doctissimi: Mira illud voluptate complexi sumus & legi

mus: ⁊ quod hominem ipsum ⁊ amicum ⁊ doctum veneramur ⁊ co-
limus. ⁊ quod vtilitatis magnitudine magno vbiq3 precio aestiman-
dum esse censemus. Uerum ex eo nouus sese nobis labor agglome-
rat: quod Leonicenus ⁊ si qui alij eo cōtagio tacti Pliniū accusant
vel defensiōez nr̃az cōuellere parati sunt: Bicipiti (vt aiūt) gladio in
nos impetū moliūtur. Primū siqdem adstipulautē Leonicēo barbarꝝ
in Plinij erratis hr̃e se dictitāt. Tantā ꝺo esse vel soli⁹ Hermolai au
ctoritatē: vt ēt sine rōe ad ꝯuincēduz erroris Pliniū sufficere possit.
Deinde quod in multis in quibus ab Hermolao ipso dissentire nos
contigit parum nobis consuluisse nos dicāt: qui nec eruditissimi hōis
iudiciū veriti nr̃a edidim⁹: nec recantauim⁹. Laborāduz igit̃ nobis ē:
vt haec vel paucis diluam⁹: quae nō taz doctis necessaria q̃3 defensiōi
nr̃e accōmoda ducim⁹. Boni igit̃ ꝯsulant studiosi: ⁊ rōes nr̃as vel ad
mittāt: vel si min⁹ ꝓbabiles videbunt̃ rōibus nō auctoritate cōuellant
Nā quod ad Hermolaū ipm ꝑtinet nō minoris hūanitatis q̃3 eruditio
nis hoiez: iam mihi securitatē spopondi. Et ꝙ vetus inter nos interce
dit nec vulgaris nec violabilis amicicia. Et ꝙ in castigatōnibus ipsis
plerisq3 i locis ad scribēduz inuitat: ⁊ adiutū se non rep̃hensuz ab his
putaturū se pollicet̃ qui ab ipso vel inuēta arguerint: vel nō inuēta no
tauerint: gr̃amq3 habiturū se testat̃ ijs qui veriora vel certiora docue-
rint. Nos igit̃ q̃3 breuissime fieri poterit: de his non tā disseremu⁹ q̃3
rerū capita indicabimus. Ac primū quidez quae ea sint doceam⁹: In
qbus nostrae ⁊ Barbari aduersus Leonicenū sententiae coeant: atq3
ita qualia q̃tave sint ea qb⁹ Leōiceno adstipulari illū iactāt appebit

Nicola⁹ Leōcen⁹ errantē: nescientē: caecū: fabulosuz Pliniū ꝑtim
apte iactitat: partim insinuat: ⁊ integrū erratis Plinij implere se pos-
se volumē exclamat. Ast Hermolaus in castigationū suarꝝ p̃fatōe: tum
calce: tuz toto ope: diuinuz opus appellat naturalis historiae libros:
Et sine Plinio rem latinaz consistere non posse praedicat: ⁊ conuelli
non posse existimatōem Plinij clamitat: ⁊ indoctos esse quibus Pli-
nius non sapiat: Et malle se errare q̃3 Pliniū dicit: Et impudentiae
crimen subiturū fuisse se insinuat: si errasse Pliniū non librarios dice-
ret: Et ad opez ferēdam summo auctori studiosos omēs inuitat.

Nicolaus Leonicenus sentētias Dioscoridis a Plinio quasi ver-
bum ex verbo translatas ⁊ sequutū Pliniū Dioscoridis libros in ac-

cusatõis suae fundamẽtis obijecit: Hermolaus vero. vij.° & .xx.° Aequa lem Plinio Dioscoriden facit. Et rursus libro nono & vigesimo in hunc moduz scribit. Illud autem monẽdi sumus. Dioscoriden cuius nos volumina in latinũ vertimus. Plinio aut cõtemporaneũ aut non multo posteriorẽ fuisse: tantũ abest vt eius testimoniũ hoc loco citatum esse credituri simus.

Nicolaus Leonicen' summũ auctorẽ sine vlla exceptõe Dioscoriden facit cui in haerbarũ descriptõibus fides adhibenda sit. Ast Hermolaus qua est integritate non simpliciter de Dioscoride pronunciat. Sed quinto & vigesimo. Chrysanthemum & Buphthalmũ quae vna haerba sit: vt diuersas a Dioscoride positas non inficiatur tametsi excusationem vir modestissimus afferat. ¶ Et in tercio quoqз graecuз hominẽ (quãqз Ptolemaeũ perstringere videatur) nostra perperã pronunciare solere fatetur. ¶ Et libro. xx.° Maiorem Plinio fidem de rebus Italiae nascẽtib' deberi affirmat qз Dioscoridi: vt in Italicis appellatõibus errare potuisse Dioscoriden sciamus: quod cũ de centunculo & Parthenio a nobis agerẽt expressimus. In his igit quae totius Leonicenae accusatõis fundamenta esse generaliter vident iam consentire Leoniceno barbarum: dicet nemo.

¶ Caeteruз octo & viginti Leonicenae accusationis sunt capita quibus ipsi respondimus. Nunc singula repetamus. Et an Nicolao cõcinat Barbarus videamus.

De Hormino: Empetro: Cyclamino: Oxymyrsine: Bettonica: Cẽtunculo: Nusquaз in castigationibus agit Barbarus: Nullus hic cõsensum queret vel dissensum: quãdo nulla de accusatoris notatis incidit in castigandis mentio.

De Heraclio papauere: Non audere se. (xx.° libro Barbarus ait) decernere an errore lapsus sit Plinius: an consilio scripserit.

De lunae quantitate libro secundo accepisse Pliniũ a clarissimis auctoribus quae ibi scribit insinuat.

In Halote Barbarus. vij.° & .xx.° in graecum librarium culpam trãsfert a Plinio.

In Polio libro. xxi.° Barbarus confusionem cuз Tripolio nominis ex aliorũ opiniõe: & Theophrasti causatur exemplo.

De Heraclio igitur: Lunae magnitudine: Halote: & Polio: Nõ consentire Leoniceno Barbarum palam est: quãdo aut nõ decernit, au

Dyoscoride ab hermolao traductum

christhemis buthalmos

cui maior fides adhibẽda plynio an dyo.

28. ee q leoniceno(?) i plynio crimini

probabili excusatione Pliniũ ab inflicta iudicij temeritate tuetur.

Nunc reliqua accusationis capita persequamur In leucographide docet barbarus libro.vij°. ⁊.xxx°. Leucographida lapidem ⁊ haerbam esse. Nec deceptũ Pliniũ (quod Leonicenus opinatus est) q̄ lapidem quoq; esse Leucographiden agnouit.

In adarca: Nõ itellexisse Plinij v̄ba Leõicenũ. xvi°. idicat barbar⁹

In heliotropio par ẽe efficacẽ Leoniceni ꝯiecturã.xxij° libro docet.

In rubrica lemnia li°. v°. ⁊.xxx°. nõ videre se ꝓbabili rõe Hermolaus oñdit cur Plinius a Leõiceno iure incessatur.

In cistho li.xij°. temere reꝑhensũ a Leoniceno Plinium dicit.

In glasto per emendati codicis rõem libro.xx°. Pliniũ defendit ⁊ elidendum esse accusatorem admonet.

In echio ⁊ Alcibio non recte citatum a Leoniceno Nicandrũ libro xxij°. Hermolaus insinuat.

In lagine barbarus libro.xxii°. in accusatore non tam haerbae ipsius ignorationem q̄ immodestiam damnare videtur.

In personata siue arctio libro.xxi°. non vidisse Leonicenũ demõstrat quid verbum persolata significet.

In Chamaedaphne vnius puncti momẽto (quod nos quoq; notauimus) deceptũ Leonicenũ defensũq; Pliniũ libro.xvi°. docet.

In Lolio libro.xxi°. ⁊.xxij°. Et grauiter Pliniũ propugnat: Et temeritatis accusatorem arguit.

In auena cauillari leonicenum libro.xxij°. ostendit atq; interea Auenae genera non intellexisse demonstrat.

In nardo celtica li°. xxi° plinij fidẽ cũ graeco hoīe ꝯpans leõicẽi calũniã retũdit: ⁊ maiorẽ plinio q̄ dioscoridi fidẽ adhibẽdã ẽe affirmat

In Sio libro.xxij°. barbarus Leõiceni interꝑtamẽtũ ꝓrsus explodit.

In Cinabari li°.iij°. ⁊.xxx°. praue adducta inꝑretataq; a leõicẽo sup ea re Dioscoridis v̄ba demõstrãs ⁊ pliniũ pit defẽdit ⁊ accusatorem elidit. Haec sunt in quibus aperte Leonicenũ: suppresso tamẽ noie. sed argumentis expressis barbarus expugnat.

Colligam⁹ si placet: octo ⁊ viginti esse leonicene accusatiõis capita diximus: sex non attigisse Hermolaum (quippe quia in castigãda non inciderant) Tria excusasse: vnum non diiudicasse. quindecim aperte defendisse docuimus. Quinq; (vt est videre) ⁊ viginti ista sunt.

In his concordem Leoniceno Barbarum si quis dicet vecordem se
esse prius ipse fateatur oportet: Ne quis igit̃ sibi blandiat̃: ant teme/
re credat tantũ hominẽ in Plinij accusationẽ cum Leoniceno descẽ
disse. Tria sunt reliqua. Quinq̃folium: Partheniũ: Stachys: In q
bus non dissidere a Leoniceno Barbarus videat̃: In quo tamẽ non
vsq̃ adeo in Pliniũ assurgit: vt iuste accusasse Leonicenũ dicere opor
teat. Uerum quoniã de his quid ipsi sentiremus in defensione fusius
docuimus. Rursus quaedam quantũ ad ipsum Hermolaum pertinet
mox paucis attingemus.

Nam quod ab accusatore obijci sentio sumpsisse nos ab Hermolai
castigatõibus defensionis nostrae argumenta: non est ꝙ laborare nos
oporteat cum defensionẽ ipsaꝫ ante castigationũ ipsaꝝ editionẽ: Tam
vir incompabilis Picus Mirandula q̃ꝫ Politianus noster ad queꝫ
illam misimus viderunt: Tum Ludouicus Carrus atq̃ꝫ Antoni⁹ Fa/
uentinus illustres medici. ⁊ vir doctissim⁹ Lucas Ripa Regiensis il
lam audierũt ⁊ legerunt. Sed ⁊ defensio ipsa sese inspiciendaꝫ exhibꝫ
ipsaꝫ loquentẽ audient q importnne mussitant: Uidebũt q̃ꝫ diuerso q̃ꝫ
multiplici itinere ad plinij assertõꝫ g̃diamur: cũ in ijs q̀ Hermola⁹ nõ
attigit: tũ in ijs ĩ qbus ipse pauca qdẽ ꝓ Plinio: sed nõ spernẽda ad/
duxit. Ex his ꝟo q̀ mox a nobis dicẽt̃ facile intelligẽt. Diuersa qdeꝫ
nos in tã multis ab Hermolao sensisse: vt q pri⁹ a nobis scripta nõ no
runt suspicari qñq̃ꝫ possint: Non minus de Hermolai sentẽtijs q̃ꝫ de
Leonicene accusatõis capitibus nos scribere voluisse. Nec me fugit
potuisse Hermolaũ: si hoc sibi negociũ desumpsisset: Pliniũ. s. defẽdẽ
di: vberius multo (quo est ingenio ⁊ doctrina) atq̃ꝫ elegantius q̃ꝫ nos
fecerimus: defensiõis hui⁹ opus absoluere: qppe qui aliud agens qua/
si ex itinere Leonicenũ adeo repressit: sꝫ nõ ideo damnari nos opor
tet qui tacẽtibus omnibus doctissimo viro Plinio: imo cõmuni studi/
orum omniũ causae: Si nõ quantũ voluimus praesidij quantũ certae
potuimus attulimus.

Uerum maius ac difficilius multo sese nobis negociũ explicanduꝫ
offert: ea. s. ostẽdendi fulciẽdiq̃ꝫ in qbus ab Hermolao dissentire nos
ꝯtigit: Ne qs putet nos Crabrões (vt aiũt) irritare voluisse. Aut cũ
eo viro de Pliniãis litteris cõtentões exercere quẽ obseruam⁹ ⁊ coli
mus: cuiq̃ꝫ nr̃as istas lucubratões maxie placere vehemẽter optamus

Myrãdula
polytiamu

Quādo nostra itādemū rata ēe aut caeteris ꝓbari posse nobis ipsi p/
suadeamus: si illis Hermolai barbari fauor ꝛ cōmendatio pīter acces/
serint: Quae igit ea sint strictim cōfestimq; aperiamus.
Nos Dioscoriden Plinio anteriorē facimus: quippe quē. M. an
tonij Triūuiri ꝛ Cleopatrae in quā Ptolemaeorū regna ceciderūt:
Tempibus fuisse diximus. Hermolaus vero aut equalez Plinio aut
posteriorez (quibus dixim⁹ locis) facit: ille argumēta affert: ꝙ vterq;
Licaniū bassuz viderit: Cum quod vetus Pliniana lectio Politiani
indicio libro vndetrigesimo. Nō Dioscoridis mentōez habet: sz Dor
cadis hoc est siluestris caprae. Q. Lecaniū bassum Plini⁹: Licaniuz
bassuz Dioscorides memorat: Potuisse ꝛ. Q. Lecaniā bassuz cōsula
rem virū aliū esse a Dioscoridis Licanio: vel plures Licanios. Pos/
set ꝛ Dioscoridis nomē (quod oēs habēt codices) nō Dorcadis eo
loco scriptū esse. Nos incōperta nō prodim⁹: Mendū in defēdēdo
sensimus: sed emendatōez non cognouim⁹: scriptum defendim⁹: casti/
gatio placet: minori labore defendit Plinius: veruz nos indicijs non
mouemur: sed sentētiae nostrae auctorez Suidam habem⁹: qui quo di
ximus tempore Dioscoriden fuisse cōmemorat.
Nos vbi hortensiū haerbaz quae in esculentū vsuz prom ptūq; ve
niūt mentōez incidimus. Acedaria semper diximus: Nostra inuentōe
nec iniucūda (si modo illam eruditiores admittent) appellatōe: Quo
tiens id Haerbarij esculenti genus quod simplex ac sine cura esset (ve
lut quod insalataz vulgo dicūt) significare voluimus. Hermolaus ve/
ro acedaria illa scribi dicit: atq; ab accipiēdo (vt acetabuluz) flecti.
Sed cuz infinita pene sint quae parata expeditaq; accipi facillime pos
sunt quae non ideo acetaria vel acetabula dicunt: ꝛ praeterea nec du
plici. cc. scribat: nec. p. littera (quod ratio poscit) addatur: Cur ace/
taria dici debeāt nō videm⁹. Rectius eni fortasse acceptaria ab acci/
pio duceret ꝙ̄ acetaria. Caeterum nos graecū vocabuluz Cidos per
ita: litteram scriptum (quod hic grecis elementis non reddimus qñ
graecis characteribus noster impressor careat) Et curaz ꝛ laborez ꝛ
molestiam significare interdum posse didicimus: Atq; ideo acedaria
quasi sine cura aut molestia (ꝛ si dici possz) incuriaria illa diximus Es
culenta olera: quae (vt Plinius etiaz quasi admonz atq; interptatur)
expedita ꝛ parata essent ꝛ facilia cōcoqui neq; oneraturo sensum cibo

Qua similiter ratione Nobile illud medicamentū quod ex papaueris lacbryma fit acedion dici: Et sumptā in acedarijs portulacaꝫ stomachum corroborare: ⁊ Silaum coquivt olus acedum Plinius scripsit. Et septimā illaꝫ animorū pestem quam acidiam dicimus nō male fortasse priscos religionis nostrae patres nuncupasse arbitramur.

Ex Plinij ꝑterea ipsius verbis: deinde argumentis postremo rei euidentia docuim⁹ prasij ⁊ prasi differentias intellexisse Plinium. Et Marrubiū prasium esse: ⁊ nigrū marrubij genus agnouisse. Et Baloten porro similem recteqꝫ a Plinio porrum nigrū nuncupatā. Hermolaus Plinij culpam videtur agnoscere: ⁊ in librariū reijcere. Mihi Plinij auctoritas: tum ratio: tum res ipsa omni auctoritate maior: ⁊ Pliniuꝫ tuetur ⁊ Baloten nobis restituit.

In Stachy rationē sequtus: ⁊ eius qui Galenuꝫ transtulit (quantulacunqꝫ illa sit) auctoritatem: recte illam pinxisse Plinium teneo. Hermolaus hallucinatōem vocat Plinij: Et Stachyn putare videt eā esse quā Romae pueri coronatā vocant: verū quoniā vsum eius ignorare officinas fatet: ⁊ coronatā illaꝫ Stachyn esse: nec ipse quidem Hermolaus affirmat: sed vel illam vel illi valde simileꝫ dicat. Cur lapsitasse Pliniū credenduꝫ sit non habeo: Dioscoriden potius lapsitasse crediderim: Ac nisi haerba ipsa vero noīe ac certissimis indicijs proferatur quādo ratio ⁊ auctoritas Plinium tueatur: cur Plinij pictura tolli debeat non video.

Nos Empetrū haerbaꝫ quae esset ostēdimus: Atqꝫ inter caeteras vulgi appellatōes baticulam quoqꝫ vocari docuimus: Hermolaus baticulam Crethmon. vij°. ⁊. xx°. libro esse putat: Admonenduꝫ videtur Nos illam quā baticulam nūcupari ⁊ Haerbaꝫ Sampetrā ⁊ Rumpisaxuꝫ diximus: Non putare Crethmon esse: verū Crethmon Batis siue empetri speciē esse: Quod Plinij libro. vi°. ⁊. xx°. verba ⁊ longa vtriusqꝫ haerbae seminū differentia facile indicant.

Parthenium. xxi°. libro a plinio diciam: quae ⁊ Muraliū ⁊ Pelecynuꝫ vocet: Nos quid esset non ingrata (vt opinor) studiosis indicatōe docuimus: ⁊ consonas cum haerbae: tum appellatōibus ratōes adduximus: ⁊ Cautā non esse mōstrauim⁹. Quae vero vulgo Cautae essent aperuimus: Ac rectius fortasse apud Dioscoriden vocitasse aliquos Partheniū hāc Amaracū nō affirmātes: sed dubitātes dixim⁹

acedio
acedu bolus
Acidia
prasiū
prasum
Stachis
Coronata
Nos empetrū
baticula
crethmo
sāpetra
rumpisaxū
baty
Parthenū
Muraliū
pelecinū
Caura

q̃ de de amaraco diuersa scriptores tradant. Hermolaus Parthenium
hãc & amaracũ esse: & cautaȝ cũ Leoniceno credidit. Sed quoniaȝ di/
uersa esse & Amaracũ & Cautaȝ constat: In quo rões & haerbae ipsi
us euidentia: & recẽtiorũ omniũ picturae praeualent nihil muto. Acce
dit q̃ vt Cauta & Amaracus credi possit: Duo illa cognomẽta Mu
ralium Pelecynũ q̃ Hermolaus tollit: & Muralem ac Perdicium
inserit: sed due ille appellatões & vetustis & impressis omnib⁹ sunt co/
dicibus: Si vero posteriores ab Hermolao Leoniceno ve inserantur
errasse Pliniũ fateri oportȝ: Sed vim esse hanc: vel (quod legulei di
cimus) diuinationeȝ palam est. Nã nec Murali & Perdicio Par/
thenij huius facultates competunt: Caeterũ non hoc iudiciorũ maie/
stas aut benignitas recipit: ideo Plinianũ codicẽ non ratõe sed conie
ctura castigare: vt castigari subinde Plinius possit. Ideo manq̃ pri/
uata & publica documẽta castigari atq̃ interpretari solent: vt a culpa
qui reus factus est benigna interpretatõe soluat: Ast hic cõtra euenit
Neq̃ eni Plini⁹ dãnari põt: nisi prius duob⁹ in locis Plinianus co
dex iniquissime p cõiecturã iuertat. sȝ haec fusi⁹ i ↄfẽsiõe tractata sũt.

Quinq̃foliũ nos aliud esse q̃ Fragariã haerbã oñdim⁹. & tñ aucto
re Plinio & Dioscoride fruct⁹ ferre: quos Plini⁹ Fraga ẽt appella/
uerit sicut & nr̃ Ouidi⁹ arbutos quoq̃ mõtana fraga vocauit. Hermo
laus. xv° de his sic loqtur. Fraga Plini⁹ e quinq̃folio nasci pdit: sed
veri⁹ ẽ ex haerba fragaria quae trifolia est non quinq̃folia: Hec Her/
molaus. Verũ nõ de fragaria haerba loquit in qnq̃folio Plinius: sȝ
quinq̃foliũ medicatissimã haerbã etiã fraga gignẽdo cõmendari tra/
dit. De quinq̃folio igit ita verba facit Plini⁹: vt Fragariã nõ exclu/
dat: cui⁹. xxi mentõeȝ fecerat. Fragariaȝ eni notissimã haerbã nõ ag/
nouisse Pliniũ tam impiũ est credere q̃ absurduȝ de Fragaria intelle
xisse: cũ de quinq̃folio scribẽs cõmendari illam: etiaȝ Fraga gignẽdo
scribat. Quid eniȝ minus trifoliae Fragariae conuenit q̃ quinq̃folij
pictura a Theophrasto Dioscoride & Plinio tradita.

Adarcam nos latinum nomen esse diximus: & tam harundineȝ q̃
salsilaginem designare auctore Plinio: Hermolaus salsilaginem tan/
tum non harũdinem putat: hoc vt comprobet: Duobus in locis
Plinij verba & codicem vel interpretatur vel castigat. Sed (quod
in Parthenio diximus) vim diuinatõȝq̃ in hoc quoq̃ adesse oportet

Elegia

Primũ quidez Plinij mirus ille ordo quẽ toto ope cõsectat̃ confun
ditur: si in cõnumeradis harundinũ generib⁹ de spuma iam ꝛ aquati/
li spissamẽto in ipa harundinũ mẽtõe dixisset. Quod noluisse Piniũ
copula ipa ꝛ verboꝝ textus indicãt. Nã post eã harundinẽ quae Ele
gia dicit̃ ita inquit. Est ꝛ in Italia nascẽs adarca nomie palustris ex
cortice tantũ sub ipsa coma vtilissima dentib⁹: Illud ṽo palustris: pa/
ternũ casuz facere: nec aures: nec ratio patiũtur: nec suadet necessitas:
Tum. xx.° volumie Plinius: Sinapis inquit naturã eosdemqꝫ effect⁹
hr̃e traditur Adarca inter siluas tacta cortice pleniore sub ipsa coma
nascẽs: inter siluas inquit vt intelligas nõ de spuma: sed de harũdine
dixisse. Sicut cuz de spuma dicturus erat libro primo ꝛ. xxx.° int̃ aqua
tilia inqt (non inter siluas) dici debet ꝛ Calamochnus latine adarca
appellata. Eo loco p̃terea libro. s. xx.° Hermolaus: Nõ cortice pleni/
ore legit (quod oẽs habẽt codices) sꝫ cortice calamoꝝ: Nõ video cur
in hãc sentẽtiaz sine casus mutatõe sine codicis emendatõe non possit
vtroqꝫ loco Plinius intelligi. Esse ꝛ in Italia harundinẽ palustrem
adarcam dictaz pleniore cortice sub ipsa coma nascentẽ. Ex cortice q
plenior sit vtilissimã dentib⁹: qm̃ vis eadem quae sinapi. Nulla hic co
dici: nulla Plinio vis infertur: bene oia quadrant. Nam ꝛ de facultia/
te ꝛ spuma ipsa ꝙ dentibus vtilis sit: nec Dioscorides nec alius (quod
sciam) tradit. Alioquin ꝛ quo pacto sub ipsis comis salsilago illa in ip/
sa harundinum proceritate vel ascẽdere vel haerere potest. Atqꝫ ideo
primo ꝛ. xx.° volumie de spuma inter aquatilia scribens: non sub ipsa
coma: sed circa harundines nasci illam inquit. Caeterũ quid prohibet
Adarcam harundinis genus esse: cuius plenior sub ipsa coma cortex
crassiorqꝫ dentibus vtilis sit: ꝛ adarcam etiã spumaz esse: alijs quoqꝫ
remedijs efficacem: Cur Plinij verba ꝛ Plinianos codices potius
inuertimus vt graecis illum hominibus paria scribere ꝛ pariter erra/
re cogamus: Ac non potius eius verba seruantes singularem eius
eruditionem amplectimur harundinem ꝛ spumam esse Adarcam do/
centis: cuius graecum nomen Calamochnus sit: si nihil quod impedi
at nobis obijcitur.

Quartum lactucae sponte nascentis genus syluaticum Plinio di/
ctum: Nos haerbam eam esse diximus: quam nunc guadum infectoꝝ
vocant officinae: quazqꝫ Isatidis primũ genus Dioscorides esse dicit

Calamochnus

guadum
q(uod) satis

glastum vero aliam prorsus haerbam esse gallici nõis pluribus argu-
mentis osteudimus: vel nõ sine rõe dubitari posse docuimus. Hermo-
laus glastum quartũ illud lactucae genus esse credidit. Et syluaticum
illud in Plinio aboleri: Et vel glastũ inseri vel satiuũ debuisse inquit
Nihil (quod saepe dixi) apud me vel ratõe vel rei euidentia antiqaius
Atqꝫ ideo nec syluaticũ muto: nec glastuꝫ satiuaꝫ Isatiden: aut Pli-
nij siluaticuꝫ credo: Ratões in defensiõe diximus. Nulluꝫ praeterea
auctorem habeo: qui infectricẽ illam lactucaꝫ siue Isatiden siue luteaꝫ
ab Italis syluaticum vocari neget. Quod ergo non mutatur) vt Iu-
stinianus inquit) cur stare non prohibetur: Cur codiceꝫ mutamus: vt
Pliniũ graecissare cogamus: Si de re constat: Cur de romano noĩe
non potius Plinio credimus cui contradicentẽ neminẽ legimus: Si
nulla nos cogit necessitas: nulla ambiguitas: Cur quae bellissime di-
stinxit Plinius non tenemus: Glastum ꝑterea si plantagini simile est:
Cur Isatiden illam siue syluaticũ esse credamus non video: Cuꝫ nec
haerba ipsa infectrix quae in Italia plurima visitur plantaginis spẽm
praebeat. Nec Dioscoridis nec Plinij picturae in Isatide ⁊ syluati
ca glasto cõueniant. Alter eniꝫ Arnoglosso Isatiden assimilat: hoc ẽ
alteri speciei plantaginis ab ipsa plantagine nõ parum figura dissimili
Alter rumici cuius folia betae candidae comparantur: quod pluribꝰ in
defensione monstrauimus.

Nos Lagtnem aruense olus tam. xxij. c̃. iiij. ⁊. xx. libro. Nõ la-
ginem apud Pliniũ scriptam esse defendimus: Hermolaus Jasioneꝫ
scribenduꝫ putat: quod alio in locovicesimo sciꝫ primo libro Jasionẽ
scribenduꝫ esse ex Theophrasti sentetia existimanit. Nos Jasionem
quidem eodeꝫ loco scribẽdum esse non abnuimꝰ. Et Hermolai casti-
gationẽ (vt caetera quoqꝫ ꝓbamus. Sed quoniã iasione illa quã. xxi.
libro Plinius scribit: vnuꝫ tantũ foliũ habere dicit. Laginẽ võ Pli-
nij descriptõe ⁊ haerbae ipsius euidentia foliosos ramos habere ⁊ hu
mi repentes videam: Lagineꝫ hanc nostrã ab illa iasione diuersaꝫ te-
neo: quãdo nihil quod ꝓhibeat ostendit. Et ipse perspectã laginẽ ha
bere me credam. Senserã ab ipsa vnius folij descriptõe libro. xxi. mẽ-
dosi codicis vitiũ (cum defensionẽ cuderẽ) Sed Jasiones nomẽ non
habui: Acceptum illud Hermolao feramus oportet: sicut ⁊ restitutum
quoqꝫ latine rei. p. Plinium.

Echios
personata
Arcthios

In Echij mentione libro.v°. c.xx°. Nos & impressam & scriptam lectione defendimus: vt eo loco recte positum sit: Quidam Echion personatam dicunt: Putat Hermolaus Arction scribendum esse: Plura in defensione adduximus: quibus verissimam esse quam tenuimus sententiam deprehendi potest: Sed & hic quoque (quod in Parthenio de Adarca & glasto diximus) iniquissime vetus lectio castigatur: vt ex castigata subinde lectione Plinius erroris accusetur: Duplicem esse Arction graeci & Dioscorides tradunt. Utranque (vt in defensione docuimus) pingit describitque Plinius. In Echij mentione quosdam echion personatam dixisse ex foliorum differentia elegantissime reprehendit. Quid amplius in Plinio querimus: quem nec triplicem echion nec geminam arction ignorasse videmus. Docet Hermolaus persolatam quoque vetusta appellatione vt personatam dici posse: quod (placido grammatico auctore) idem persola sit quod persona quod & verum esse credimus & libenter discimus: tametsi vetustissimam hanc & comicam appellationem (quando nulla necessitas cogeret) hoc loco inseruisse Plinium non crediderim: qui paucis supra versibus personatam dixerat: & nominum ambiguitatem cauisse illum dissimile est. Caeterum sicut nec persolatae vocabulum Hermolaus mutat. Sic nec Echion mutandum esse censemus: quando echion pulegij folijs nec personatam nec persolatam esse latissimis & cucurbitae folijs insignem nobis ostendit.

persola persona

Sium
Lauer
crisión

Sium lauerem crisionem eandem haerbam esse: cum figurae tum appellationum argumentis ostendimus: Silaum vero ab hac diversam. & quae nam Silaus esset aperuimus. Hermolaus libro.vi°. c.xx°. diversas esse Sium & Crisionem suspicatur. Et silaum nusquam esse. Plura in defensione dicta sunt: per quae sententie nostre veritas comprobatur. Nulla vero Pliniane lectioni divinatio vel vis infertur. Nam & Silaus haerba ipsa manet diversa a Sio & Lavere descriptione (magnitudine quippe haud dubie differunt). Post paucos deinde versus non pro Sio conizam divinamus: Sed Sio ponimus totidem litterarum & eiusdem accentus atque effectus vocabulum. Acidum preterea siue acedum quod barbarus tollit) intactum relinquimus: Cum & acidum olus quidem sit. Et acida olera (vt Atriplicis genus vnum & Oxylapathum) coqui nouum non sit: ita vt olusatrum inserere non oporteat. non enim saporis aut facultatis gratia olus acidum dixit: sed condimentum coctionemque significans: vt scilicet ita silaus coquitur vt olus coquatur acidum. sive acedum quod ex acedarijs sit (vt supra cum de acedarijs loquere

mur diximꝰ. ita Plinianꝰ codex incorruptꝰ ꝛ minus negociū exhibet: ꝛ duarū nobis baerbarū noticiam tradit.

Lunam terra minorem esse eodem libro atqꝫ eodem ferme capite adductae a Plinio rationes fateri cogunt. Et si rationem consilij uzqꝫ scribentis (vt par est) spectari oportet. Nihil aliud credidisse Pliniū existimādū est: q̄ ꝙ ois sup ea re astrologoꝝ schola cōsentit Nos eam interp̄tatio nē induximꝰ: vt Pliniū nō aliter sensisse credamus: tametsi pauca quaedaꝫ verba (si minus pensent) dubitatōꝫ asserre videant. Hermolaus errorē agnouit Plinij excusatiōemqꝫ attulit latissimā qua toto ope Piniꝰ vtit ꝙ. s. a clarissimis auctoribꝰ condocefactus lunā terra maiorē esse senserit. Locus a nobis late in defensione tractatus est. Non est quod hic repetā. Mihi Pliniꝰ aequissime vereqꝫ defensus videt. Nā si Pliniū eruditissimū fuisse fatemur Si cōem de lunae magnitudine Hipparchi Eudoxi Archimedis ꝛ veterū mathematicoꝝ: tum Cicerōis Varronisqꝫ nr̄orum (quos vidit Pliniꝰ) verāqꝫ sententiaꝫ fuisse credimꝰ: Si scriptas cōprobatasqꝫ a Plinio rōes veras esse atqꝫ ideꝫ de lunae magnitudine diffinire cognoscimꝰ: Quae nam ista peruicacia est: ambigui verbi momentū potiꝰ ad culpanduꝫ arripe q̄ benignae interp̄tatōis perfugiū ad purgāduꝫ amplecti:

Haec sunt quae super Plinianis Hermolai castigatōibus (quantū ad Plinianā defensionē nostrā pertinet) dicenda fuerant. Illud autē testamur ꝙ in his discernendis diiudicandisqꝫ aequiorem aut doctiorē arbitrū q̄ Hermolauꝫ ipsum nobis speramꝰ aut facimꝰ neminem.

FINIS.

Vt sese ostendat populos defensus in omnes
Plinius: Et teneat quem solet ante locum:
Ferrariae Andreas Belfortis gallicus illud
Praestitit impressi codicis officium.

Luna

an. 1494. die 11. Jan.
hunc libellum emi [illegible] a [illegible] bibliopola Bononie. [illegible]


BIBLIOTECA
XV
FIRENZE

